




Mr. [illegible]  
at [illegible]













*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



*[Small handwritten mark or signature in the bottom right corner]*



vacacione willielm' sumefrid  
Richard

Adrian' iohannes  
Richardus

in nomine domini Amen  
et hanc operam in hunc finem fecit

pro in flos regni

patet nos ter  
quod in eis se

Euangelia scdm iohanne. Iuuenius. Vita sc'i ludgeri.  
De obitu sc'e marie. Vita patrū. De psalmo. CXXIX  
nono  
VIII. Sc'e uualdburga. Sc'i dionisi. Dialogorū.  
Epistola pauli. Iterū sup iohanne. Sc'i blasii. Sc'i uita  
liber alcuini. Martyrilogiū. Regula. Sichelmachia  
Auianus

Expositio sup  
Iohesq vsq ad fi  
ne. Ex scoz scrip  
ti ab alcuino Col  
lecta. p. vii. libris  
distincta.



**V**enerando patrinobis que consilio meo hunc <sup>aplec</sup>  
tando albino magistro humillime <sup>epi</sup> famulae gr<sup>is</sup>  
la eredituda perpetuae beatitudinis <sup>plurimam</sup>  
**P**ostquam uenerande magister aliquid demelli flux  
seae scripturae cognitione uestrae sagacitate exp  
nente hausimus <sup>uidebat</sup> nobis ut fateri ut dedie in  
diem desiderium huius sacrae <sup>scripturae</sup> lectionis in qua  
purificatio est anime solatium mortalitatis nostrae <sup>et spes</sup>  
perpetuae beatitudinis in qua beatus uir iuxta psalmis  
tam cotidiana seipsum exercet meditatione / intellegens  
omnibus saeculi diuitiis huius esse agnitionem praeseren  
dam; Neque aliam esse ueram sapientiam / nisi que humano  
generi secundum dispensationem diuine prouidentiae cae  
lestis gratia administratur; haec est manna quae sine  
fastidiosa <sup>est</sup> sine defectu pascitur; haec sunt diuine sege  
tis grana quae apostolicis <sup>fricata</sup> manibus atque per eos fi  
delium epulis animarum apposita; Sed duo ual de nobis  
contraria cotidiana tristitia paruitatis nostrae mentem fa  
tigant; Unum quod tar dius huius optimi studii diligen  
tiam habuimus aliud quod modo magnam habentibus de  
uotionem uestra longinquitas desiderio nostro <sup>saui</sup> obsis  
tit. Sed uestram carissime doctor de prae cae <sup>ca</sup> pietatem  
ne nos litterarum tuarum solatio deserans <sup>poterit</sup> uisum  
nobis querentibus per litterarum officia ostendere. ut uel  
legatur uox tua in archano cordis nostri desiderio; nam sicut  
loquentis lingua in aures audientis / ita scribentis calami  
proficit in oculo legentis; Et ad interiora cordis peruenit  
sensus diligentis / sicut uerba instruuntis; Quapropter bea  
tissime pater nolite ipsum nobis negare / in riga salutiferi



fontis unde pectora nostrae paruitatis arena, Scimus in  
te esse fontem iuuentis aquae quid nō dicente saliet in uitam  
aeternā; Nolumus ad te pertinere quod solomon ait de  
eis qui suam solent celare sapientiam; Thesaurus occultatus  
et sapientia abscondita que utilitas in multisq; sed magis dno  
dicente per prophetam aperios tuum et ego adimplebo illud.  
Aperios tuum in sacratissima spū scō inspirante beati iohan  
nis euangeliste expositione et uenerabiles scōrum patrū  
pandenobis sensus; Colligemul totū margaritas inspi  
ralis thesauri cubili et pasce ex eo pauperes xpi; Nolinō sic  
iunas dimittere nec deficiamus in uia; habemus siquidem da  
rissimi doctoris augustini omelias et sermone explanationes  
in eundem euangelistam sed quibusdam in locis multo obs  
curiores maiorique circum locutione decoratas quam nrā  
paruitatis ingenio lo intrare ualeat Sufficit uero nostrae  
deuotioni deriuulis dulcissimae aque potare non profun  
dis simis gurgitum fluminibus nostras immittere carinas;  
Scis enim optime paruis parua sufficere nec ad mensā magna  
torum pauperem turbam accedere posse; Nec nostrum est  
altissima cedrorum cacumina ascendere sed cum zacheo pro  
breuitate future nostrae stare in sicomoro ihm que cerne  
re transeuntem contans que deplorare precibus ut nos su  
is dignas efficiat conuiuis; uobiscum que dulcissimum  
epithalamium paradigma decantare introducit nos rex  
in cellaria sua exultabimus et laetabimur in eo. Memen  
to clarissimum in scā ecclesia diuine scripturae doctorem  
beatissimum siquidem hieronimū nobilium nullatenus  
spernere feminarum preces sed plurima illarū nominib;  
in propheticas obscuritatis dedicasse opuscula; Sepius que



EXPOSITIO EUVANGELIORŪ SUP IOHANNĒ.

LAUDO DEDIT.

de Bethleem castello xp̄i dno nostri natiuitate consecrato ad ro-  
manas arces epistolares isdem petentibus uolare cartulas  
necterratum longinquitate uel procellis adriatici ma-  
ris fluctibus territum quin minus sc̄arum uinum peti-  
tionibus annueret; minore uado sum ligeri flumen quem  
terreni maris latitudo periculo nauigatur et multo facili-  
us cartarum portitor tuarum detoromis parisiam ac uita-  
tem quam illius de Bethleem romā peruenire poterunt;  
Noli tuae deuotionis nobis subtrahere scientiam noli accen-  
sam in te lucernā modio subponere uel torpentis lectuli  
quiete abscondere sed pro celso superponeam candelabro  
ut luceat omnibus qui in domo sunt in tra sc̄orum ga-  
zophylata doctorum et profer nobis ueluti doctissimus scri-  
ba et ad dno laudatus noua et uetera. Adert tibi in tene-  
re huius laboris illius gratia quid uobis discipulis euntib;  
in uia ter tuum se s̄otium addidit et aperuit illis sensus ut  
sc̄as intellegerent scripturas; Quomodo poteris te ipsum  
ā culpa taciturnitatis apud eum excusare qui ait omni-  
potentia; maxime dum nullatenus tibi inuenietur quod de-  
deris sed tamen magis augetur; Sp̄s paraclitus omni uerita-  
tis doctrina et per se cetera caritatis scientia uestra impleat  
pectora dulcissime magister.

**N**OBILISSIMIS IN CHRISTIANA RELEGIONE SCIENTIA  
ET INSAPIENTIAE STUDIIS DEUOTISSIMIS DŌ QUOD DICA-  
TIS UIRGINIBUS CYSLAE SORORI ET RECTRUD FILIAE HU-  
MILIS FRATER ET PATER ALBINUS PERPETUAE BEATI-  
TUDINIS SALUTEM.

**Q**UANTUM IN SC̄IS SIMO SAPIENTIAE STUDIO OPTIMAM IN UO-  
BIS LAUDO DEUOTIONEM TANTUM MEI IPSIUS PLANGO IM-



peritiam meque ipsum ipsum longe impari, uestra lauda-  
bili deuotione agnosco; Atque utinam tanta esset in meo pecto-  
re facultas scribendi, quanta est in uobis uoluntas legendi;  
Proinde duabus coartor angustiis, hinc caritati quae quae ne-  
gare cui omnia praestare debitor sum, illinc aliora petere  
modulum meae paruitatis transcendere; Dicente scriptu-  
ra; Aliora te ne quiesieris, nisi forte in uobis sit culpa quia  
difficilia petistis; cunctatione iuste excusationis quae in fir-  
mitates meas considerans, alio tempore meum opere calamum  
abstinere decreui; Scire debetis omnibus diuinae scriptu-  
rae paginis merito euangelicam excellere auctoritatem;  
Quia quod lex et prophetae futurum praenuntiauerunt hoc  
redditum atque completum, in euangelio demonstratur, at-  
que inter ipsos euangeliorum scriptores, ualde beatum iohan-  
nem in diuino profunditate misteriorum eminentiorem  
esse; Quae etiam tradunt sicut legitur in ecclesiastica his-  
toria usque ad ultimum pene uitae suae tempus, absque ulli-  
us scripturae indicio euangelium purum sermone praedicasse;  
Siquidem a tempore dominicae passionis resurrectionis et  
ascensionis, usque ad ultimam dominicam principis temporis  
per annos circiter sexaginta et quinque, absque ullo scriben-  
di adminiculo uerbum dei praedicabat; At ubi a domiciano  
qui secundus post nerone christiano-  
rum persecutor exiit  
exilio paucos missus est; Namque ta occasione illius pupa-  
tris absentis, irumpentes in ecclesiam heretici, quasi in-  
destituta pastor, couilia lupi, martion, cherintus, et hebion  
ceterique anticristi, qui christum fuisse ante mariam negabant  
simplicitatem fidei euangelice peruersa macula uere doc-  
trina; Sed dum ipse post occasionem dominicam permitte-



3.

pro primo cape nerua redderet ephesum / compulsus est ab omnibus  
pene tunc Asiae episcopis / et multarum ecclesiarum legationibus  
decoeter na patris diuinitatis / xpi altius facere sermone  
Eo quod in trium euangelistarum scriptis / mathei uidelicet  
marci et lucae de humanitate eius ac de his que per hominem  
gessit / sufficiens sibi uiderentur habere testimonium ; Quod  
ille se non aliter acturum / nisi in dicto ieiunio omnes in com-  
mune dnm praecarentur / ut illo donante digna scribere  
possit ; Et hoc ita patratu instructus reuelatione caelesti  
ac sci sps gratia debriatus / omnes hereticorum / patefacta su-  
bito ueritatis luce dispulit dicens ; In principio erat uerbu-  
et uerbu erat apud dm / et ds erat uerbu ; Atque cum trium  
euangeliorum mathei scilicet marci et lucae ad eum notitia  
puenerat / probasse quidem dicitur fidem et ueritate dicto-  
rum / deesse tamen uidit aliquam rem historiae ; Et ma-  
ximae quae primo praedicationis suae tempore dñs gesserat  
Certum est enim quod in superioribus tribus euangelis haec ui-  
dentur sola contineri / quae gesserat sunt . Postquam iohannes  
baptista traditus et inclusus est in carcere ; Denique si obser-  
ues statim in initio narrationis postea quam refert matheus .  
per qua draginta dierum ieiunio et de temptatione eius con-  
tinuo subiecit dicens ; Audiens autem quia iohannes tra-  
ditus est / discessit de iudea / et uenit in gallileam ; Sed et  
marcus similiter ; Postea quam inquit traditus est iob-  
annes / uenit ih̄s in gallileam ; Lucas uero etiam prius  
quam incipiat aliquid de actibus referre ioh̄is / dicit quia  
adiecti herodes super omnia mala quae gesserat / et con-  
dusit iohannem in carcerem / quia in qua ab his haec ui-  
detur omissa / rogatus dicitur iohannes apostolus ut eaq ;



praeterierant priores ante traditionē iohannis saluatoris  
gesta describeret; Et deo dicit in euangelio suo; Hoc fecit  
in initium signorum suorum ih̄s; Et iterū in alio loco indi-  
cat dicens; Nondum enim iohannes missus fuerat in car-  
cerem; Ex quibus constat quod ea quae ante quam iohān  
traderetur ab ih̄u fuerant gesta describit; Sed procul du-  
bio maxime diuinitatē dñi n̄i ih̄u xp̄i quae patri est aequalis  
intendit declarare eamque praecipue suo euangelio quantū  
inter homines sufficere credidit cōmendare curauit; Itaq;  
longe a tribus euangelistis sublimius eleuatus est ita ut eos  
quodāmodo uideas in terra cum xp̄o homine conuersari illū  
autem transcendisse nebulā quae tegitur omnis terra et per-  
uenisse ad liquidū caeli lumen unde aciem̄tis acutissima at-  
que firmissima uideret. In principio uerū dñm dedo lumen  
de lumine et ipsum agnosceret carnē factū ut habitaret in  
nobis; Quod acceperit carnem non quod fuerit mutatus  
in carnē; Nisi enim carnis adsumptio seruata in cōmutabili  
diuinitate facta esset non diceretur ego et pater unū sumus;  
Neque enim pater et caro unum sunt; Et hoc de se ipso dñi tes-  
timonium solus idem iohannes commemorauit; Quia me  
uideret uideret patrem; Ego in patre et pater in me. Et ut  
sint unum sicut et nos unum sumus; Et quae pater facit haec  
eadem et filius facit similiter; Quae si qua alia sunt quae xp̄i  
diuinitatē in qua aequalis est patri recte intelligentibus in-  
tinent plenius solus iohannes in euangelio suo posuit tamquā  
de peccatore ipsius dñi super quod discum bere in eius conuiuio  
solitus erat secretum diuinitatis eius uberius et quodā mo-  
do familiarius biberet; Proinde cū duae uirtutes propo-  
sita sunt animae humanae una est tua altera contemplatiua;



Illaqua itur istaqua peruentur; Illaqua laboratur ut cor  
 mundetur ad uindendum dñm istaqua uacatur et uideatur dñs;  
 Illa est in preceptis exercendae uitae huius temporalis ista in  
 doctrina uitae illius sempiternae; Ac per hoc illa operatur  
 ista requiescit; Quia illa est in purgatione peccatorum ista  
 in lumine purgatorū; Ac per hoc in hac uita mortali illa est  
 in opere bonae conuersationis ista uero magis in fide et apud  
 per paucos per speculum in enigmate et ex parte in aliqua uisio  
 ne incommutabili ueritate; Ex quo intellegi datur si dili  
 genter ad uertat tres euangelistas temporalia facta dñi et lic  
 ta quae ad in formandos mores uitae presentis maxime uale  
 rent copiosius persecutos circum illā actiuam fuisse uersatos  
 iohannē uero facta dñi multa pauca et narrantem; Dicta ue  
 ro eius ea praesertim quae trinitatis unitatem et uitae aeter  
 nae felicitatem insinuarent diligentius et uberius conscri  
 bentem in uirtute contemplatiue cōmendandam suam in  
 tentionem tuam atque predicationem tenuisse; Iste est si  
 quidem iohannes unus ex discipulis xpi quem dñs de fluctua  
 ga nuptiarum tempestate uirginem uocauit; Cuius uirgi  
 nitatis in hoc duplex testimonium in euangelio datur quod  
 et preceteris dilectus a dō dicitur et hinc matrem suam de  
 throno crucis commendauit dñs ut uirginem uirgo serualet.  
 Qui singulari priuilegio meruit castitatis ut ceteris omni  
 bus miraculorum xpi scriptoribus altius diuinae maesta  
 tis simul caperet ac patefaceret arcanum; Neque enim  
 frustra in caena mistica supra pectus ihū recubuisse perhibe  
 tur sed per hoc uerissime docetur quia caelestis haustum sa  
 pientiae ceteris excellentius de seisimo eiusdē pectoris fonte  
 potauerit; Unde et merito in figura quattuor animalū aquile



uolanti comparatur; Cunctis quippe aibus aquile celsius  
uolare cunctis animantibus clarius solis radus insigere con  
suevit optutus itabertus iohannes sublimius aeterne natiuita  
tis xpi misteria conspexit; Itaprior petro laborantibus in  
piscatione discipulis xpm in litore stantem reteque in deete  
ram nauigu mittere iubentem agnouit dicens petro dñs est  
Iste est unus de illis de quibus propheta praedixit caelienar  
rant gloriam di; Unde filius tonitruu ab ipso dño appellat  
quia hoc mirabile et omnibus saeculis inauditum et caelesti  
claritate in tonuit proemium dicens; In principio erat  
uerbum et uerbum erat apud dm et dñs erat uerbum; Quae  
uerba semper sunt pura fide ueneranda ac perpetua rele  
gione colenda; Non humanae coniecture ratiunculis ni  
mum discutienda quae implerisque falluntur dum se  
putant agnoscere quae humani sensus excedunt indaga  
tionem; Tamen quicquid in de pia caritas et humilis inqui  
sitiu intellegere potuit in sacratissimis scõrum patrum  
scriptis licet sparsim dicta inueniuntur sicut etiam et in  
toto eiusdem euangelii textu plurima a catholicis doctori  
bus leguntur exposita pro oportunitate loci uel temporis  
uel confirmatione orthodoxe fidei nec non contra hereticas  
prauitates in defensionem apostolice traditionis; Quapropter  
for<sup>si</sup> antemperamentum quoddam inter meam negationem  
uestram que petitionem inueniri posse uideo ne omnino uel  
uel caritas uestra taciturnitate mea spernatur uel teme  
ritas mea in uestra petitionis obsequio reprehendatur; Solent  
namque medici ex multorum speciebus pigmentorum in salute  
poscentis quoddam medicamenti componere genus nec se ipsos  
fateri presumunt creatores herbarum uel aliarum specierum



ex quarum compositione salus efficitur aegrotantibus; Sed mi-  
 nistros esse incolligendo et in unum pimentaria manu confici-  
 endo corpus; Sicut etiam sic for<sup>fi</sup> tan meae deuotionis laborali  
 quid uestrae caritati proficere ualet nec ex uno quolibet  
 paterna possessionis praeconiis flores colligendos esse  
 censeo sed multorum patrum humilicorde prona ceruice  
 flori darara per agranda mihi esse uideo ut sine periculo  
 nominis mei satis fatiam scis sine uoluntati urae primoq;  
 omnium scī agustini suffragia quaerens qui maiori studio  
 huius scī euangeli exponere misit sacratissima uerba  
 deinde ex opusculis scī ambrosii clarissimi doctoris aliqua  
 trahens nec non ex omelibus praecipui patris gregori papae  
 uel ex omelibus beati bede p̄bri multa adsumens aliorum  
 q; scōrum patrum sicut inuenire potui interpretationes po-  
 sui; Magis horum omnium sensibus ac uerbis utens quam  
 meae quicquam presumptioni committens ueluti legen-  
 tum curiositas facile probare poterit, Cautissimo pla-  
 nestilo praecuidens diuina opitulante gratia ne quid con-  
 trarium scōrum patrum sensibus ponerem. Igitur et om-  
 ne opus secundum capitula eiusdem euangeli distinxit  
 ac sub numero septem librorum consummaui. Optans uos  
 septiformis sp̄s gratiae inspirante pectora uestra uariis in  
 ecclesia xpī florere dilucis et ambulare cotidie cum scīs de uir-  
 tute in uirtutem donec uideatur d̄s deorum in sion; Ubiper-  
 petua dulcedine inter choros caelestium agminum dicatis  
 beati qui habitant in domo tua dñe in sc̄t̄i sc̄ti laudabunte;



**INCIPIT****CAPITULA**

- i** In principio uerbum dñs apud dñm per quem facta sunt omnia et iohannes misus reseruum antecum qui recipientes se facit filios dñi p gratiam suam.
- ii** Interrogantibus iudaeis iohannes negat se esse xpm sed missum se ante illum uocem qui esse clamantur in deserto sed etiam enuntiat ipsum uero fatetur agnum tollentem peccata mundi et baptizantem in spu scoo quod sit supra omnes.
- iii** Ex discipulis iohannes discipulis qui secuti fuerant dñm. unus andreas adduxit fratrem suum qui petrus ubi non cupatus philippus quoque uocatus mattha nabeli indicat qui mox inter cetera eu dñi filium confitetur.
- iiii** In nuptiis aqua conuertitur in uinum quos factis cognoscitur quod ubi ipse uertit in uinum necesse fuit deficere nuptiarum.
- v** Propinquantem pascha iudeorum eicit uendentes e templo et interrogantibus quod signum daret sol uendit templum et in triduo excitandi misterium ponit.
- vi** Nicodemo inter multa dicit nisi renatus in regnum dei intrare non posse uel quod non iudicare sed saluare uenerit mundum et manifestatio per aq; in dñs facta.
- vii** Johanni in aen baptizanti dicitur ubi baptizare quem ille sponsum esse et oportere crescere se autem in uis illum quod desursum et supra omnes esse credentem qui in eum habere uita et na sup incredulum uero ita manere confirmat.
- viii** Apud puteum iacob mulieris samaritane manifestatus plurima misericordiae loquitur et multis samaritanorum credunt in eum dicentes hic est uere saluator mundi.
- ix** Regulianus dñi filius. et otans absentis dñi uocesatur dicentis patri eius uade filius tuus uiuit credidit ipse et domus eius tota.
- x** Hominem xxxviii annos habentem in infirmitate sua dicens surge tolle grabatum tuum et ambula in sabbato carat aequallem sequeret faciens dñs.
- xi** Quod filius sicut pater suscitans mortuos sit aequaliter horandus in quocredentes transeunt de morte ad uitam uenturum quoque pronuntiat horum quod monumentis boni mali que resurgant.
- xii** Protesu monio suo iohanne lucerna appellat patrem quoque et scripuit.



desertestimonium phibere iudeos aliu recepturas deseraut moisen scriptis se uisat.

**XIII** Propinquante pascha iudeoru de quinque pambus et duobus piscibus  
quinque milia hominu saturauit pro quo signo cu regem eum uellent  
fecerunt fugit et ambulans sup mare pauentibus discipulis ait  
egofum nolite timere.

**XIII** Aut bis quod estus et inuentus ait operamini cibū qui perit et panē de cae lo  
uerū dicit dare uitā mundo;

**XV** Panē uitae seclit et credentes in se suscitauit in nouissimodie.

**XVI** Murmurantes ioseph eum filium dicunt ut ipse inter multa carnē suā  
panē seclat utum ait pro mundi uitā et cetera similia plurima de pane sua  
restatur.

**XVII** Verba sua spm uitamq; pronuntiat et unum ex duo decim diabolū appellat

**XVIII** Iudaeis interficere eum querentibus ascendit occulte ad diem festum  
scenophe giae ubi diuersa de eo et ab eo dicuntur. et querentes eum ad  
phendere nequeunt quia nondum uenerat hora eius.

**XIX** Multis de turba credentibus plurima loquitur inter que ait quis sit ue  
niat ad me et bibat. nicodemo quoque pro ipso de audientia dicenti  
resistitur a phariseis.

*Absolutum*

**XX** Mulierem in adulterio reprehensam atque ad se adductam nec ab ac  
cusatoribus condemnatam ipse sub conditioe qua uulterius non peccaret

**XXI** Lucē mundi se dicens phariseis de proprio testimonio resultantē argu  
it iudicium suum uerum esse confirmans.

**XXII** Dicit iudaeis et uos in peccato uero moriemini & quibus interrogatus  
quis esset principium se esse respondit addens cum exultaueritis filiū  
hominis tunc cognoscetis quia ego sum.

**XXIII** Iudaeis credentibus ait si manseritis in sermone meo ueritas libera uos  
quibus respondentibus se esse liberos dicit qui facti peccatū seruus est pec  
cati et inter alia multa diabolū homicidā et mōdū patre ad signat.

**XXIV** Qui sermone inquit meū seruauit et mortem nō uidebit in aeternū



- et inter cetera plurima ante abraham se esse in templo exiit de templo
- xxii** Caecum a natiuitate sanaturus lucem mundi dicit quem cum in luminasset multapharis eius anxietate turbatis atque quaerentibus ipse ab inluminato cognitus adoratur.
- xxiii** Quinonintrat in ouile per ostium siresit sequedicit os tuum ex pastorem ouium pro quibus se suam animam positurum et alias oues adduciturum pronuntiat ut fiat unum ouile unus pastor.
- xxiiii** Potestatem se dicit habere ponendi ac resumentiam animam suam facta quoque entema hierosolymis et inter multa quae phariseis suscitantibus dixerat ait ego et pater unum sumus et multi crediderunt in eum; (ex iudeis?)
- xxv** Lazarum quatuordecim annorum mortuum suscitaturus dormire dicit quem magna uoce clamando resuscitans solu uibet et abire plurimis credentibus.
- xxvi** Pontifices aduersus eum consilium colligunt in quo caiphas unum debere mori pro populo prophetizat et ante sex dies pasche ungento pedes domini perfundunt decuius praetio iudae murmur arguitur.
- xxvii** Turba curans palmarum occurrens clamat osanna ipse uero super pullum asinae sedit phariseis dicentibus totus mundus post eum abit.
- xxviii** Nuntiatque gentibus cum uidere uolentibus horam suae clarificationis esse se dicit et granum frumenti mortuum multum fructum pronuntiat allaturum ministrantem quoque sibi honorificandum pronuntiat a patre.
- xxix** Animam suam turbatam esse dicit et clarificari se a patre poscenti uox de caelo ait clarificauit post haec multa prosequitur inter quos non ad uindicandum sed ad saluandum mundum uenisse testatur.
- xxx** Surgens a cena pedes lauit discipulorum exemplum dedisse se dicens ut ipsi conseruis faciant quod dominum dominum fecisse probauerunt.
- xxxi** Non esse seruum maiorem dicit post testimonium scripturae iuda intincti panis porrectione significat et discipulo multipliciter exhortatur.
- xxxii** Non turbetur cor uestrum ait discipulis ego sum ueritas et uita qui uideri me uidit et patrem ego et patrem et patrem in me quodcumque petieritis.



in nomine meo hoc factum est.

**xxviii** Diligentibus sedis cipulis mandataque seruantibus; peractum primum mittit a patre mittendum mansurumque; cum eis in aeternum sequi; pacem dare et pacem querere in quere pollicetur.

**xxviiii** Seipsum in terra et patre agricolam dicens discipulosque palmites sine se nihil esse facere posse testatur et multis locutionum modis alteram eis dilectionem eis inculcat cuius merito possent quodcumque petierint impetrare.

**xxviiii** Eandem dilectionem instantius commendans commendandum docet odium mundi praedicans qualia pro vetus nomine sint passuri et arguendum mundum a paradiso de peccato de uisita et de iudicio manifestat.

**xxviiii** Modicum et uidentem dicit ab eis et iterum modicum et non uidentem de quo querentibus discipulis similitudinem mulieris post partum tristitiae praegaudium remissentis inducit quos et a patre amare significans corroborat serelicuros dicens in mundo praesura habebitis sed confidete ego uicimundum.

**L** A patre de clarificatione sua loquens discipulos per lra et multimoda persecutione commendat passione protinus imminente.

**la** Traditionis ac passionis eius gesta narratur eius per ordinem.

**xl** Resurrectionis similitudo manifestatio declaratur quia maria magdalene petro et iohanni nuntiat sublatum corpus de monumento quibus occurrentibus; ac reuersis ipsa post euangelicam uisionem uisum a sedem aestimans ortolanum quo mox cognito iubetur discipulis nuntiare. { dederunt.

**lxiii** Cum fores essent clausae ueniens ad discipulos pacem inferit manibus; lateraque monstrato quibus; insufflatione significat spiritum sanctum. { die p; dies octo thomas inspectione et tactu lacris ac manum confirmat audiens beati quum uideret et ere.

**lxiii** Manifestat fenerum ad mare tiberiae dis septem discipulis in captura piscium centum quinquaginta trium cum resurrexisset a mortuis;

**lxv** Usque tertio dicit petro a masime quia ter eum negauerat et pasce das oues aequae tertio commendans extensione manuum significat et quod crucis morte foret martirio coronandus;



**I**N principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus  
erat uerbum; Neque enim frustra beatus iohannes dilectus domini  
discipulus in caena supra pectus ihesu recubuisse perhibetur  
sed per hoc tripliciter docetur. quia caelestis haustum sapien-  
tiae ceteris excelsius de se ipso et de peccatoris fon-  
te potauerit; Unde et merito in figura quatuor anima-  
lium aquilae uolanti comparatur; Cunctis quippe auibus  
aquila celsius uolare cunctis animantibus clarius solis tra-  
dius infigere consuevit obtutus; Ceteri euangelistae  
quasi in terra ambulant cum domino qui temporalem eius ge-  
nerationem pariter et temporalia facta sufficienter ex-  
ponentes; pauca de diuinitate dixerunt. hic autem quasi  
ad caelum cum domino qui per pauca de temporalibus eius actibus  
edisserens aeterna diuinitatis eius potentiam per quae omnia  
facta sunt. sublimius mente uolando et limpidius speculan-  
do cognouit. ac nobis cognoscendam scribendo tradidit; Er-  
go alii euangelistae christum ex tempore natum describunt. iohannes  
eundem in principio iam fuisse testatur. Dicens; in principio  
erat uerbum; Quod duobus modis intelligitur; Nam pater  
principium est; Quasi dixisset in patre est filius  
quem uerbum nominauit iste euangelista; Nec nos mouere  
debet. quod in sequentibus huius euangelii iudeis interro-  
gantibus quis esset. ipse deus filius respondit. principium qui  
et loquor uobis; Si enim filius principium est qui habet  
patrem quanto facilius deus pater intelligendus est esse  
principium. qui habet quidem filium cui pater sit; filius enim  
patri est filius; Et pater utique filii pater est; Et pater  
deus sed non de deo deus; Filius uero deus de deo est. Et pater dici-  
tur lumen sed non de lumine; Filius dicitur lumen;



8.  
sed lumen de lumine; Sic pater principium sed non de principio;  
Filius principium sed a principio principium; Quod enim erat  
in principio non finitur tempore non principio praeuenitur:  
siue ad creaturarum uel temporum uel se referre quod aut  
in principio erat uerbum; Quicquid creaturarum quod cum  
que principium habuit ut esset. Erat tunc uerbum dei per  
quod facta sunt omnia; Ideo quater dicit euangelista erat  
erat erat erat ut intellegeres omnia tempora praeuenisse  
coaeuere nunc deo patri uerbum; Alii euangelista inter homines  
subito apparuisse dei filium demonstrant beatus iohannes  
apud deum semper fuisse declarat dicens; Quod uerbum erat a  
pud deum; Alii eum uerum hominem ille ipsum uerum confir-  
mat esse deum dicens; Et deus erat uerbum; Alii hominem eum  
apud homines temporaliter conuersatum ille deum apud deum in  
principio manentem ostendit dicens; hoc in principio apud deum;  
Sicut iam superius principium ad patrem referre placet et hoc  
sequens principium ad creaturas; intellegitur aeterniter  
uerbum id est filium dei esse in patre et omne creaturarum  
principium sua essentia praerire; Alii magna lux quae in ho-  
mine gessit perhibent ille quod omnem creaturam uisibi-  
lem et inuisibilem per ipsum deus pater fecerit docet dicens;  
Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil; Sicut  
nihil creaturarum sine ipso factum est pater profecto quia  
ipse creatura non est per quem omnis creatura facta est; et  
ne quis audiens factam per dei filium creaturam mutabilem  
credat eius uoluntatem quasi qui subito uellet facere crea-  
turam quam ab aeterno numquam ante fecisset; manifeste  
docet euangelista factam quidem in tempore creaturam  
set in aeterna creatoris sapientia quando et qualis crearetur



semper fuisse dispositum; Et hoc est quod dicitur quod factum est  
impersonata erat; Id est quod factum est in tempore siue in uiu  
siue in uita carens. Apparuit omnino hoc in spiritali factoris ista  
tione quasi semper uixerat et uiuit; Non quia coaeternum  
est creatori quod creauit; sed quia coaeterna est illi ratio  
uoluntatis suae in qua ab aeterno habuit et habet quid  
et quando crearet; qualiter creatum gubernet ut maneat  
ad quem finem singula quae creauit perducatur; Ideo ita dis  
tinguendum est et subinferendum quasi alia uoce imperso  
nata erat; Quia quicquid per ipsum factum est etiam et  
impersonatum; Sicut ars in animo artificis uiuit licet ars  
uel aliud aliquid ab ipso factum pereat; **SEQUITUR**  
Et uita erat lux hominum; Quo uerbo aperte dicitur quod  
ipsa uitaalis ratio per quem omnia disposita et reguntur non  
omnem creaturam sed rationabilem tantum ut sapere pos  
sit inluminat; Homines namque qui ad imaginem dei facti  
sunt percipere sapientiam possunt animalia non possunt;  
Sed et animalis quicumque est homo non percipit eam; sed  
spiritus dei; Unde benecum dixisset et uita erat lux hominum  
subiunxit et de his qui ab humane conditionis honore procul  
recedentes comparati sunt iumentis insipientibus et simi  
les facti sunt illis; Atque ideo recte uoluntatis luce priuan  
tur; & lux inquit in tenebris lucet et tenebrae eam non  
conspiciunt; Lux quippe est hominum Christus qui  
omnia quae inluminari merentur corda hominum suae  
praesentia cognitionis inlustrat; Tenebrae autem  
stulti sunt et iniqui quorum caeca praecordia lux aeter  
nae sapientiae qualis sint manifeste cognoscunt quamuis  
ipsi radios eiusdem lucis nequaquam capere per intellectionem



9  
possint; Ueluti si quilibet caecus iubarē solis obfundatur  
ne tamen ipse solem cuius lumine perfunditur aspiciat;  
Talibus tamen diuina consulunt misericordiam qualiter per-  
uenire possint ut illam ueram lucem cernerent et essent filii lu-  
cis qui fuerunt filii tenebrarum et huius cognitionis incitū  
fuit quod sequitur; **FUIT HOMO** missus ad eos cui nomen  
erat iohannes hic uenit in testimonium ut testimonium perhi-  
beret de lumine ut omnes crederent per illum non autem ut omnes  
crederent in illum; Maledictus enim homo qui confidit  
in hominem et ponit carnem brachii sui; Sed ut  
omnes inquit crederent per illum hoc est ut per illius tes-  
timonium crederent in lucem quam necdum uidere no-  
uerant; Dominus uidelicet ihesus christus qui de seipso testatur;  
Ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulabit in te-  
nebris sed habebit lumen uite **SEQUITUR** Non erat il-  
le lux sed ut testimonium perhiberet de lumine; Erat lux  
uera quem illuminat omnem hominem uenientem in mundum;  
Et scilicet quidem homines lux sunt recte uocati dicente ad e-  
os dominus uos estis lux mundi; **Capitolo paulo**; fuitis  
aliquando tenebrae nunc autem lux in domino; Sed mul-  
tum distat inter lucem quae illuminatur et lucem quem  
illuminat; Inter eos qui participatione uerae lucis acci-  
piunt ut luceant et ipsam lucem perpetuam quem non solum  
lucet in seipso sed et sua praesentia quoscumque ad tige-  
rit in illustrare sufficit; Ad cuius comparationem uerae lu-  
cis non tantum in uos quilibet electi uerum etiam ipse iohannes  
quoniam maior inter natos mulierum nemo surrexit lux non  
esse asseritur ut uidelicet christus non esse quod putabatur  
monstraretur; Ille enim in seipso tum est erat lucerna



ardens et lucens; Ardens scilicet fide et dilectione lucens uerbo et actione; Gratiam uero lucis pectoribus infundere soli uis est eius de quo dicitur; Erat lux uera que inluminat omnem hominem uenientem in mundum; Omnem uidelicet qui inluminatur si uenit naturali ingenio seu sapientia diuina; Sicut enim nemo a seipso esse ita etiam nemo a seipso sapiens esse potest sed illo inlustrante de quo scriptum est; Omnis sapientia a domino est; Cuius utramque naturam et diuinam uidelicet qua semper ubique totus manet et humanam ex qua in tempore natus loco inclusus apparuit consequenter euangelista descripsit dicens; In mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognouit; In propria uenit et siueum non receperunt; In mundo quippe erat et mundus per ipsum factus est quia deus erat quia totus ubique quia sua praesentiae maiestatis sine labore regens et sine onere continens quod fecit; Et mundus eum non cognouit; Quia lux in tenebris lucet et tenebrae eam non comprehendunt; Mundum namque hoc in loco dicit homines mundi amore deceptos atque inherendo creature agnoscenda creatoris sui maiestate reflexos; In propria uenit quia in mundo quem per diuinitatem fecit per humanitatem natus apparuit; In propria uenit quia in gente iudea quam sibi praeceteris nationibus speciali gratia copula uerat incarnari dignatus est; In mundo ergo erat et in mundum uenit per incarnationem; Uenire quippe uel abire humanitatis est; manere et esse diuinitatis; Quia ergo cum in mundo per diuinitatem mundus eum non cognouit dignatus est uenire in mundum per humanitatem ut uel sic eum mundus cognosceret; Sed iudea mus quid sequitur; In propria uenit



10.

et suum non receperunt; Quem enim in potentia di tatis  
cuncta creatam regnantemque non cognouerant / ipsum in car  
nis infirmitate miraculis caruscantem recipere noluerunt.  
Et quod grauius est suum non receperunt / homines scilicet  
quos ipse creauit; Iudei quos peculiarem sibi elegerat plebem  
quibus suae cognitionis reuelauerat arcanum / quos mirifi  
cis patrum glorificauerat actis / quibus suae legis doctrinam  
contulerat / ex quibus se incarnandum promiserat / et in qui  
bus se incarnatum ut promiserat ostendit / ipse eum recipere  
uenientem magna ex parte recusarunt. Neque enim omnes  
recusarunt; Alioquin nullus esset saluus / et super uacua eius  
esset incarnatio; Nunc autem multum ex utroque populo  
non credendo respuerunt / multi credendo receperunt; De qui  
bus euangelista consequenter insinuat dicens; Quod quodaum  
receperunt eum / dedit eis potestatem filios dei fieri / his qui cre  
dunt in nomine eius; Consideremus fratres karissimi quanta gratia  
redemptoris nostri quam magna sit multitudo dulcedinis eius;  
Unicus ex patre natus est / et noluit remanere unus; Descendit  
ad terram / ubi fratres sibi quibus regnum patris sui dare posset  
adquireret; Deus ex deo natus est / et noluit di tantum filius mane  
re / hominis quoque filius fieri dignatus est; Non amittens quod  
erat / sed adsumens quod non erat / ut per hoc homines in dei filios  
transferret / gloriae quae suae faceret coheredes / qui quod ipse  
semper habebit per naturam / inciperent habere per gratiam;  
Consideremus quanta uirtus est fidei / cuius merito potestas  
datur hominibus filios dei fieri; Uide bene scriptum est qui  
iustus ex fide uiuit; Uiuunt enim iusti ex fide; Non illa quae  
labiorum tantum confessione praefertur / sed etiam quae per di  
lectionem operatur; Alioquin fides si non habeat opera / mor



tua est in se metipsa; Nullus se ipsum  
despiciat nullus de sua salute desperet;;  
Curemus omnes curemus singuli ut queramus  
longe mereamur fieri prope in sanguine xpi; Uideamus quod  
dicitur; Quia quot quot receperunt eum / dedit illis potesta-  
tem filios dei fieri; Quot quot inquit receperunt; Non est  
enim personarum acceptio deus / sed in omni gente qui timeat eum  
et operatur iustitiam / acceptus est illi; Quo autem ordine  
credentes filii dei possent fieri / et quantum haec generatio ad  
carnali distet / subsecutus euangelista designat; Quia non  
ex sanguinibus inquit neque ex uoluntate carnis neque ex  
uoluntate uiri sed ex donatis sunt; Carnalis quippe nostra si-  
gularum generatio ex sanguinibus id est ex semine maris et  
femine / a complexu coniugum dicitur originem; At uero spiri-  
talis spiritus sancti gratia ministratur / quam a carnali distinguens  
dominus ait; Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu / non potest  
introire in regnum dei; quod natum est ex carne caro est / et quod  
natum est de spiritu spiritus est; Uerum ne quis hominum dubitet / fili-  
um sedis / et coheredem christi posse fieri / dat exemplum euange-  
lista quia et ipse filius dei homo fieri / et inter homines habitare  
dignatus sit / ut humane pariter acciperet existendo fragilitatis  
homines diuine uirtutis suae donaret esse pariter cipes;  
Et uerbum inquit caro factum est et habitauit in nobis  
Quod est dicere filius dei homo factus est / et inter homines con-  
uersatus est; Solet namque scriptura modo animae mo-  
do carnis uocabulo / tantum designare hominem; Ani-  
me uidelicet ut scriptum est / quia descendit iacob in e-  
gyptum in aetate sua septuaginta; Caro uero ut rursus  
scriptum est / et uidebit omnis caro saluata recti; Neque enim



uel anime sine corporibus in aegritum descendere uel caro sine anima uidere aliquid potest. Sed hic per animam totus homo ibi signatur per carnem. Sic ergo hoc in loquo quod dicitur et uerbum caro factum est. nihil aliud debet intellegi quam si diceretur. et dicitur homo factus est. carnem uidelicet induendo et animam. Ut sicut quisque nostrum unus homo ex carne constat et anima. ita unus ab incarnationis tempore christus ex diuinitate carne et anima constat. Quod ab aeterno in aeternum existens uerus iterum hominem ex tempore assumens in unitatem suae personae uerum quem non habuerat.

**SEQUITUR** Et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratiae et ueritatis. Gloriam christi quam ante incarnationem uidere non poterant homines post incarnationem uiderunt. Aspicientes humanitatem miraculis resurgentem et intellegentes diuinitatem intus latentem. Illi maximae quietis claritatem ante passionem transfugati in montes ceteros contemplari meruerunt. Uoce de lapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria. hic est filius meus dilectus in comitibus complacui. Quod post passionem resurrectionis ascensionis que ipsius gloria conspecta spiritus eius sunt donum uisite refecti. Quibus omnibus maxime festo cognouerunt quod huiusmodi gloria non cui libet sanctorum sed illi soli homini qui esset in diuinitate unigenitus a patre conueniret. Quod autem sequitur plenum gratiae et ueritatis gratiae plenus erat. et est homo christus. cuius singulari munere praeter ceteris mortalibus datum est ut statim ex quo in utero uirginis concipi. et homo fieri inciperet uerus esset et dicitur. Unde et eadem gloriosa semper uirgo maria non solum hominis christi sed et diuinitatis genitrix.



recte credenda et confitenda est, Idem ueritate penitus  
erat et est ipsa uidelicet uerbi diuinitate quae omnine  
illū singula riter electum cum quo unaxpi persona esset  
adsūmere dignata est, Non aliquid sua diuine substan-  
tiae ueritici uolunt infaciendā hominis naturā cōmu-  
tans sed ipsa apud patre manens totum quod erat totā de  
semine dauid naturā uerbi hominis quā non habebat sus-  
cipiens; Johannes testimonium perhibet de ipso; Re-  
demtoris nri p̄cussor testimonium de ipso perhibens  
celsitudinem humanitatis eius pariter et diuinitatis ae-  
ternitatem manifesta uoce pronuntiat; Clamat enim di-  
cens Hic erat quem dixi uobis qui post me uenturus est  
ante me factus est quia prior me erat; In eo namque quod  
ait qui post me uenturus est ordinē humane dispensa-  
tionis quae post eum natus post eum etiam praedicturus  
baptizaturus signatus et mortē erat passurus in-  
sinuat; In eo uero quod subiungit ante me factus est  
sublimitatē eiusdē <sup>diuinitatis</sup> humanitatis quae ceteris omnibus  
creaturis erat merito praeferenda designat; Quod enī  
ait ante me non ad ordinē temporis sed ad distantiam  
pertinet dignitatis; Juxta quod de ioseph filius benedi-  
cente iacob scriptum est; Constituit q; effraim ante ma-  
nassen; Ubirecte potuit dicere manasses qui post me  
uenit ante me factus est; Idē qui post me natus est po-  
tentiam regni antecessit; Quē ad modū ioh̄ de dño  
qui post me inquit uenturus est ante me factus est;  
Id est qui post me ad praedictandum uenturus est cal-  
mine in regni et sacerdotu perennis antecellit; Qua-  
re autem is qui post eum uenturus erat eum dignitate ante



12.  
celleret aperuit cum subiunxit. Qui prior me erat. Idē  
quod aeternus ante secula dixerat propterea melius pos-  
terior natus gloria maiestatis etiam in adsumta hu-  
manitate praebuit. Exposito autem euangelista praecur-  
soris dñi testimonio quod de illo perhibuerit red-  
dit statim suae quoque adseruionis quo coeperat ille tes-  
timonium dare. Nam sequitur. Et de plenitudine eius  
nos omnes accepimus gratia pro gratia. Superius namq;  
dixit quia uerbum caro factū est et habitauit in nobis  
et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a pa-  
tre plenum gratia et ueritate. Quod cum praecurso-  
ris quoque eius testimonio confirmasset dicens hic  
erat quem dixi uobis qui post me uenturus est ante me  
factus est qui prior me erat. rursum ipse quod coepe-  
rat exsequitur dicens. Et de plenitudine eius nos omnes  
accepimus gratia pro gratia. Plenus quippe erat dñs spū  
scō plenus gratia et ueritate quia sicut apłs ait in ipso ha-  
bitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. De cuius  
plenitudine nos omnes iuxta modum nr̄ae capacitatis acce-  
pimus quia unicuique nr̄m data est gratia secundum en-  
surā donationis xp̄i. De solonāque mediatoris et hominū  
homine ihū xp̄o ueraciter dici potuit et requiescet super  
sp̄s dñi sp̄s sapientiae et intellectus sp̄s consilii et fortitudi-  
nis sp̄s scientiae et pietatis et replebit eum sp̄s timoris  
dñi. Omnes uero sc̄i non plenitudine sp̄s eius sed deple-  
tione eius quantum ille donat accipiunt quia alii per  
sp̄m datur sermo sapientiae alii sermo scientiae sc̄d eundē  
sp̄m. Aliter fides in eodē spū. Alii gratia sanctorū in uno  
spū. Alii operatio uirtutū. Alii prophetia. Alii discretio



spirituum / Alii genera linguarum. Alii inter praetatio ser-  
monum; Haec autem omnia operatur unusquisque id est ipse diui-  
dens singulis prout uult; Quia ergo de plenitudine con-  
ditoris nostri non quidam sed omnes quicquid boni habemus  
accepimus. curandum sum opere est ne quis pia de sua se bo-  
na actione uel cogitatione incautus extollat / ne si in gratia  
largitori remanserit perdat bonum quod accepit; Cum autem  
dixisset euangelista nos omnes de plenitudine christi accepisse  
confestim subiunxit et ait; Gratia pro gratia; Gemina  
ergo nos gratia accepisse testatur; Unam uidelicet in praesenti  
alteram uero in futuro; In praesenti quidem fide qua  
per dilectionem operatur in futuro autem uitam aeternam;  
Fides quippe qua per dilectionem operatur gratia dicitur; Quia  
ut crederemus ut diligamus ut operemur bona quae no-  
uimus nonnullis praecedentibus meritis nostris sed ip-  
so largimento percipimus quid dicit non uos me elegistis  
sed ego elegi uos et posui uos ut eatis et fructum adferatis.  
Cur uita propter fide dilectionem et operata bona percipiamus  
aeternam gratia est quia ne a bono deuiemus tenere ipso  
duce semper opus habemus. Cui dicitur deduc me domine in  
uia tua et ambulabo in ueritate tua. Notandum est quod  
quidam libri habent nos omnes accepimus de plenitudine eius.  
Aliquid primo de plenitudine eius accepimus et postea  
gratiam pro gratia; Id est de plenitudine eius accepimus  
remissionem peccatorum et gratiam id est uitam aeternam  
pro gratia fidei qua per dilectionem operatur; Quae  
omnia ex uno fonte plenitudinis christi nobis prouenire  
certissimum est; Quia ergo accepimus de plenitudine bo-  
nitatis illius scilicet remissionem peccatorum ut iusti

et gratia pro gratia



13  
cemus infide; Insuper quid et gratia pro gratia idē pro  
gratia in qua ex fide inuimus recepturi sumus alia; Quid  
tam nisi gratia hoc est uitā aeternā. **Sequitur.** Quia  
lex per moysen data est gratia et ueritas per ih̄m xp̄m facta ē.  
Lex quidē per moysen data est in qua quid agendū quid uitā  
dū sit caelesti iure decernitur; Sed quod illa praecipit n̄  
nisi gratia xp̄i completur; Illa siquidē monstrare pecca  
tū iustitiam docere et transgressores suos et transgresso  
ressu reos ostendere ualebat; Porro gratia xp̄i diffusa p̄  
sp̄m caritatis in cordibus fidelium facit ut quod lex praecipit  
impleatur; Unde illud quod scriptū est; N̄ concupisces  
per moysen lex est quid iubetur sed per xp̄m fit gratia quan  
do qd iubet impletur; Veritas autē facta est p̄ xp̄m quia  
ūbra habebat lex futurorum bonorū non ipsa imaginē  
rerum; Et sicut alibi dicit xp̄s; Omnia in figura contin  
gebant illis; Sed pro ūbra lucē ueritatis pro figura legis  
ipsam imaginē rerū quae figurabatur exiit ueritas xp̄s quan  
do data sp̄s gratia aperuit discipulis suis sensū ut intelle  
gerent scripturas; Lex per moysen data est cū populus  
asperione sanguinis agni mundari praecipit; Gra  
tia et ueritas quae in lege figurabatur per ih̄m facta est  
cū ipse passus in cruce lauit nos a peccatis n̄ris in sangui  
nesuo; Lex per moysen data est quia populū praecipit sa  
lutaribus instituit si haec seruaret t̄ra re promissionis in  
traurū et in appetuo uenturū; Si alia prostinendū  
ab hoste praedixit; Gratia et ueritas p̄ ih̄m xp̄m facta  
est quia dato sp̄s fuit dono et legē spiritualit̄ intellegi  
ae seruati possedo nauit et eos qui seruant in uerā caeles  
tis uitae beatitudinē quā terra promissionis signabat.



introducitur; Quae sit autem summa gratiae et ueritatis quae per  
ih̄m xp̄m facta est euangelista subdendo manifestat; Om̄ ne  
mouidit unquā nisi unigenitus filius qui est in sinu patris ip  
se enarrauit. Nulla enim gratia maior hominibus dari  
nulla uertitas altior potest ab hominibus cognosci quā ea  
de qua unigenitus dī filius suus fidelibus narrans beatum  
quid mundo corde qm̄ ipsi d̄m uidebunt. Et de qua patri  
subplicans ait; Haec est autem uita aeterna ut cognoscant te  
uerum et unum d̄m et quem misisti ih̄m xp̄m; Quenimirum  
beatissima p̄ceptio gratiae et ueritatis qm̄ in huius sc̄li uita  
fieri non potest recte dicitur d̄m nemo uidit unquam; Idē  
nemo corruptibili adhuc et mortali carne circumdatus in  
circum scriptam diuinitatis potest lucem contueri. Unde ma  
nifestius dicitur ap̄t̄s; Quē nemo uidit hominū nec uidere po  
test; Nemo enī hominū dicitur nemo humano adhuc habi  
tu ad grauatū humana conuersatione caducus; Hinc est  
enī quod moyses quidē quem in angelo uidebat in ipsa ei  
natura uidere desiderans orabat; si ueni gratiā in conspec  
tu tuo ostendemihī gloriā tuā; Audiuit; Non poteris  
uidere faciā meā; Non enī uidebit me homo et uiuet.  
Qua aūt ratione ad uisionem in cōmutabilis et aeterni lumi  
nis puenire debeat euangelista consequenter exposuit  
dicens unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarra  
uit; Cui simile est quod ipse d̄ns ait; Nemo uenit ad pa  
trē nisi per me; & alibi nemo nouit filiū nisi pater;  
Neque patrē quis nouit nisi filius et cui uoluerit filius  
reuelare; Ipsius quippe ducatu ad patrē uenire ipsius ma  
gis terio patrem et filium nec non sp̄m sc̄m unū d̄m ac d̄m  
nos sedebemus; Quam mirū ipse homo factus pro nobis in ho



mmis habitu loquens nobis quid descāe trinitatis unitate  
 recte sentiendum qualiter ad eius contemplationem fide-  
 bus properandum quibus actibus adhanc sit perueniendū  
 clara luce reuelant; Ipse sacramentis suae incarnationis  
 nos imbuens suis carismatibus scificans ut adhanc  
 uenire ualeamus adiuuat; Ipse per actō in hominis forma  
 iudicio nouissimo ad uisionem nos diuine maiestatis sub-  
 limiter introducet atque arcana nobis regni caelestis mi-  
 rabiliter enarrabit; Sane quod ait qui est in sinu patris  
 in secreto patris significat neque enī sinus patris puerili-  
 ter ē cogitandus in similitudinē nr̄i sinus quē habemus in  
 uestibus aut putandus ē d̄s qui humanorū forma mēbro-  
 rū compaginatus non est sic sedere quemadmodum nos sed quia  
 sinus noster in uis est more nr̄o loquens scriptura in sinu patris  
 effedit quē in secreto patris quod humanus intuitus pertin-  
 gere non ualet semp̄ manentē uult intellegi; Non tunc  
 autē solū enarrabit unigenitus filius d̄m id est scāe et indi-  
 uidae trinitatis quae est unus d̄s gloriā manifestabit ho-  
 minibus cū post uniuersale iudicium om̄s pariter electos  
 ad uisionē claritatis eius inducet sed et cotidie narrat cū  
 singulis quibus quae fidelium perfectorū mox a carnis cor-  
 ruptione soluti implere coeperit quod promisit; Quid  
 ligi me diligatur a patre meo et ego diligam eum et ma-  
 nifestabo me ipsum illi; Me ipsum inquit manifestabo  
 dilectoribus meis ut quē in sua cognauerunt mortale  
 in mea iāme natura patri et spiritui sc̄o uidere possint  
 aequalē; & hoc est testimoniū ioh̄ quando miserunt iu-  
 daei ab hiero solimis sacerdotes et leuitas ad eum ut inter-  
 rogarent eum tu quis es et caetera Ex his uerbis iohannis



humilitas cōmendatur. quicum tante uirtutis esset ut  
x̄p̄s credi potuisset elegit solide subsistere in se / ne huma  
na opinione raperetur inaniter super se ; Nā confessus ē  
et non negauit confessus est quia non sū ego x̄p̄s ; Sed quia  
dixi non sum negauī plane quod non erat / sed n̄ negauit  
quod erat ; Ut ueritatē loquens eius mēbrū fieret / cu  
ius sibi nomen fallaciter non usurparet ; Cū ergo non  
uult appetere nom̄ x̄p̄i factus est membrū x̄p̄i ; Quia dū  
infirmatē suā studiuit humiliter agnoscere / illius  
celsitudinē meruit ueraciter obtinere ; Quis n̄ sit / con  
tinuo exprimit dū subiungit ; Ego uox clamantis in deser  
to ; Scitis quia unigenitus filius uerbū patris uocatur  
iohanne ad testante quia ait ; In principio erat uerbū  
et uerbū erat apud d̄m et d̄s erat uerbū. Ex ipsa uerba locu  
tione cognoscitis quia prius uox sonat ut uerbū post  
modū possit audiri ; Johannes ēgo uocē se esse assertit  
 credamus tibi quid operaris, parum ne erat quod  
 de quinque panibus paſtiſunt & ſciebant hoc quide  
 ſed huic cibo manna de caelo praeferebant, Dñs au  
 tem ih̄s talem ſedicebat / ut morſi preponeretur,  
 Non enim auſus eſt morſes deſe di cere, quod daret  
 cibum non qui perit / ſed qui habet uitam aeternam,  
 Aliquid plus promittebat / quā morſes, Per mor  
 ſen quippe promittebatur regnum / et terra tra  
 hens lac et mel / temporalis pax / abundantia filio  
 rum / ſalus et cetera omnia, temporalia quidem



in figura tamen spiritalia quia ueteri homini in  
ueteri testamento promittebatur. Attendebant  
autem promissa per xpm mor sen. et ad tenebant  
promissa per ihm. Ille plenum uentrem promit  
tebat interra sed cibum qui perit; iste promittebat  
cibum non qui perit sed qui per manet in uitam aeter  
na. Attendebant eum plus promittentem et qua  
si nondum uidebant maiora facientem. Atten  
debant utique qualia fecisset mor ses adhuc aliqua  
maiora uolebant fieri ab eo qui tam magna polli  
cebatur. Quid inquit facis ut credamus tibi et  
ut no uerimus quia miracula illa huic miraculo co  
parabant. et ideo quas inuiciora ista iudicabant que  
faciebat ihm. Patres nostri inquit in manna man  
ducauerunt in deserto. Sed quid est manna. for  
te contemnitis. Sicut scriptum est. Dedit illis man  
na manducare. Per mor sen patres nri panem  
de caelo acceperunt. et non eis dictum est a mor se.  
opera mihi cibum qui non perit sed qui per manet  
in uitam aeter na. & non talia opera facis qualia mor  
ses panes ordinauos ille non dedit. sed manna de caelo.  
Dixit ergo eis ihm. Amen amen dico uobis non mor  
ses dedit uobis panem de caelo sed pater meus dedit  
uobis panem de caelo. Uerus enim panis est qui de  
caelo descendit et dat uitam mundo. Uerus ergo  
ille panis est qui dat uitam mundo et ipse est  
de quo paulo ante locutus sum. Opera mihi cibum  
qui non perit sed qui per manet in uitam aeter nam.  
Ergo illud manna hoc significabat et illa omnia sig  
nificauerant.



78  
signa mea dilexistis quod significabatur contemp-  
nitis. Non ergo moyses dedit panem de caelo. De-  
dat panem. Sed quem panem. forte manna.  
Non sed panem quem significavit manna. Ipsum  
scilicet dominum ihesum. Pater meus datus vobis panem ve-  
rum. panis enim dicitur quod descendit de caelo et dat  
vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum. Domine semper  
da nobis panem hunc. Quomodo mulier illa sama-  
ritana cui dictum est. quibuslibet de hac aqua non si-  
ciet unquam continuo illa secundum corpus accipi-  
ens sed tamen carere indigentia volens. dicit mi-  
hi domine de hac aqua sicut ista. Domine da nobis panem hunc  
qui nos reficiat nec deficiat. Dixit ergo eis ihesus. Ego sum  
panis vitae. Qui venit ad me non esuriet et qui cre-  
dit in me non siciet unquam. Qui venit ad me hoc est  
quod dicit et qui credit in me. Et quod dixit non esuriet  
hoc intellegendum est et non siciet unquam. Utrique  
enim illa significatur aeterna satisfactio ubi nulla est  
egetas. Panem de caelo desideratis ante vos habe-  
tis et non manducatis. Sed dixi vobis quia et vidis-  
tis me et non cre didistis. Sed non ideo ego populum  
perdidi. Num quid enim infidelitas vestra fidem di-  
cui vacuavit. videte enim quod sequitur. Omne quod dicit  
mihi pater ad me veniet. Neum qui venierit ad me  
non eiciam foras. Quale est illud intus unde non exit  
foras. magnum penetrabile et dulce secretum. O se-  
cretum sine tedio sine amaritudine malarum cogi-  
tationum sine interpellatione temptationum et  
dolorum. Nonne illud secretum est quo intrabit



ille cui dicitur uelut dicitur dicitur euge serue bone et fidelis intra  
in gaudium dñi tui. & cum qui uenit et ad me non ei  
ciam foras quia descendit de caelo non ut faciam uolun  
tatem meam sed eius qui misit me. Ideo ergo eum qui  
uenit ad te non eicias foras quia descendisti de caelo  
non facere uoluntatem tuam sed uoluntatem eius qui  
te misit. magnum sacramentum est quod ait qui ue  
nit ad me non eiciam foras. Causam mox subiungens  
quia res foras non eiecerit ad se uenientem id est in se cre  
dentem dicens. Quia non ueni facere uoluntatem  
meam sed uoluntatem eius qui misit me. qui est  
qui eicitur foras de illo dulci et suauis simo secreto  
quo intrare precipitur seruus faciens uoluntatem  
domini sui nisi superbus nisi anima in se ipsa confi  
dens et suae potestatis esse querens nec cum propheta  
habens dicere. Nonne dō anima mea subiecta est a  
nima uero per humilitatem dī subiecta gratia num  
quam eicitur foras sed intrat in gaudium dñi dī sui.  
Igitur ut causa omnium morborum curaretur id  
est superbia descendit et humilis factus est filius dī.  
Quid superbus homo dicitur humilis propter me factus est.  
puderet te fortasse imitari humilem hominem sal  
tem imitare humilem dñm. Uenit filius dī in homine  
et humilis factus est. Praecipitur tibi ut sis humilis  
non tibi praecipitur ut ex homine fias pecus. Ille dī  
factus est homo. tu homo cognosce quia es homo.  
totalis humilitas tua est ut cognoscas te ergo quia humi  
litate docet dī dicit. Non ueni facere uoluntatem  
meam sed eius qui me misit. haec enim commendatio



humilitatis est, Superbia quippe factuoluntate  
 suam / humilitas factuoluntatem dei, Ideo qui ad  
 me uenerit non eiciam foras, Quare quia non ueni  
 facere uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui me  
 misit, Humilis ueni humilitatem doceri ueni, Qui  
 ad me uenit incorporatur mihi, Qui ad me uenit hu  
 milis fit, Qui mihi adheret humilis erit qui non  
 facit uoluntatem suam sed dei, Video non eicietur  
 foras, Quia adā cum superbus esset proiectus est fo  
 ras / Xps uero humilis factus exaltatus est super om  
 ne nomen quod nominatur uel in caelo uel in terra  
 quid doctor humilitatis uenit non facere uoluntatem su  
 am sed uoluntatem eius qui misit illum, Ueniamus ad  
 eum / intremus ad eum / incorporeremur ei / ut nec nos facia  
 mus uoluntatem nrā sed uoluntatem dei / et non nos ei  
 ciat foras quia membra eius sumus / quia caput nostrum  
 esse uoluit docendo humilitatem, Ad quem uenire non  
 potest nisi humilis, a quo non mit titur foras nisi sup  
 bus, Haec est uoluntas eius qui misit me patris / ut om  
 ne quod dedit mihi non perdam ex eo, Ipse illi datus est  
 qui seruat humilitatem, hoc accepit, Qui non seruat  
 humilitatem longe est a magistro humilitatis, Ut  
 omne quod dedit mihi non perdam ex eo. Sic enim ē  
 uoluntas in conspectu patris uiri ut pereat unus de  
 pusillus istis, De tumentibus potest perire de pusillis  
 nihil perit, Quia nisi fuerit sicut pusillus iste non  
 intrabit in regnum caelorum, Omne quod dedit  
 mihi pater non perdam ex eo sed resuscitabo ego illum  
 in nouis si modie, Uidete quem admodum et hic gemit

magister  
humilita  
tis ueni

v



nam illam resurrectionem delinet, Qui uenit ad  
me / modo resurgat humilis factus in membris meis /  
sed resurcitabo eum in nouissimo die secundum carnem  
haec est enim uoluntas patris mei qui misit me / ut  
omnis qui uidit filium et credit in eum / habet uitam  
aeternam / et ego resurcitabo eum in nouissimo die.  
Superius dixit / audite uerbum meum et credite qui  
misit me / modo autem qui uidet filium et credit in  
eum, Non dixit uidet filium et credit in patrem, hoc  
est enim credere in filium / quod et in patrem / quasi  
sicut habet uitam pater in se metipso / sic dedit et filio  
s uitam habere in se metipso, Ut omnis qui uidit fi  
s lium et credit in eum habeat uitam aeternam / cre  
dendo et transeundo ad uitam / tamquam primam il  
lam resurrectionem, Quia non est sola / et resurci  
s tabo eum inquit in nouissimo die, Sequitur, Ego  
s sum panis uerus qui de caelo descendi, Ideo panis  
quia uita, Et ideo uita / qui ad caelum descendit,  
Dicente ipso, Ego sum uita / ueritas et uita, Illa  
est panis super substantialis, Qui ut nobis datur / co  
tidie de prae cari iubemur / cum dominus noster ihesus pa  
nem sedicebat descendisse se de caelo, **M**urmuraue  
s runt iudaei et dixerunt ei hic est ihesus filius ioseph cuius  
s nos nouimus patrem et matrem, Quo modo ergo dicit  
qui de caelo descendit / ideo murmurabant quia hunc pa  
nem non intellegebant / hunc panem non esuriebant  
hunc panem non amabant, Si amarent / utique non  
murmurarent, Ideo a pane caelesti longe erant / nec  
eum esurire nouerant, fauces cordis languides.



79<sup>a</sup>  
habebant auribus apertis surdierant, Videbant et  
ceci stabant, Panis quippe iste interioris hominis  
querit esuriam, Unde alioloquo dicit, Beati qui esu-  
riunt efficiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur,

Dixerunt cuius nouimus patrem et matrem, matrem  
sciebant terrenam patrem nesciebant caelestem qui  
a patre caelesti adtracti non fuerunt, Quod mox ip-  
se dominus sequenti uerbo innotuit dicens, Nolite murmu-  
rare in me, Nemopotest uenire ad me nisi pater  
qui misit me adtraxerit eum, Quid est nemopotest  
uenire ad me nisi quia nemopotest credere in me  
nisi pater qui misit me adtraxerit eum, Ille uenit  
quem gratia dei praeuenit, Cuius propheta dica-  
mus, Misericordia eius praeueniet me, Et iterum,  
Misericordia eius subsequatur me, Praeueniet uel  
le subsequatur perficere, Tran pater ad filium eos  
qui propterea credunt in filium quia eum cognant  
patrem habere deum, Deus in pater aequalem sibi ge-  
nuit filium, Et qui cogitat atque in fide sua sentit  
et ruminat aequalem esse patrieum in quem credi-  
dit, ipsum trahit pater ad filium, Qui enim christo di-  
cit non est deus uerus non trahit eum pater sed sua per-  
uersa cogitatio trahit eum ueritati non consenti-  
re, Ille tractus est a patre quia ait, Tu es pater filius  
dei uiui, Cui dominus inquit, Beatus es si non bariona  
qui caro et sanguis non reuelauit tibi sed pater in se-  
quoniam caelis est, ista reuelatio ipsa est adtractio, Du-  
enim dixit nemopotest uenire ad me nisi pater qui  
misit me traxerit eum, Continuo subiunxit &



s ego suscitabo eum in nouis simodie, Reddo quod spe  
rat uidebit quod adhuc non uidendo credidit mandu  
cabit quod esuruit. faciat ut eo quod sit ubi in resur  
rectione mortuorum quia ego resuscitabo eum in no  
uissimo die, Scriptum est enim in prophetis. Eterunt  
omnes docibiles dī, Quare hoc dixit. Quia pater uos  
non docuit quomodo potestis me cognoscere. Omnia  
millius homines docibiles dierunt non ab hominibus  
audient. Etsi hominibus audiunt. tamen quod in  
tellegunt intus datur. intus coruscat. intus reuela  
tur. homines foras uerbum sonare possunt. sed in  
uanum laborant nisi intus dī docens. aperiat sensus.  
Ille est dō docibilis quā dī intus ueritatis instruit ag  
nitione et amore, Omnis qui audit a patre et didicit  
uenit ad me. Quomodo trahit pater. docendo delectat  
non necessitate ponendo quia nemo necessitate credit  
sed uoluntate, filius dicebat pater docebat. homo qui  
uidebatur loquebatur. sed ut dī in corde audientis in  
terius docebat. Ideo subiunxit. non quia patrem uidit  
quisquam nisi qui est ad dō hic uidit patrem, Nolite pu  
tare patrem esse uibilem uobis. nemo uidit patrem. nisi  
is qui est ad dō hic uidit patrem, Ego sum a patre. et ideo  
patrem uideo. Qui est autem uobis trahit a patre  
nisi discere a patre. Qui est discere a patre. nisi audi  
re patrem. nisi audire uerbum patris. id est me. ne forte  
ergo cum dico uobis, Omnis qui audit a patre et didicit  
dicatis apud uos sed numquā uidimus patrem. quomo  
do autem discere potuimus a patre. et a me ipso audite.  
non quia patrem uidit quisquam sed qui est ad dō hic uidit



80

patrem. Ego noui patrem ab illo sum. sed quomodo  
uerbum ab illo cuius est uerbum non quod sonat et  
transit sed quod manet cum dicente et trahit audien-  
tem. Amen amen dico uobis qui credit in me habet  
uitam aeternam. Reuelare se uoluit quid esset nam  
compendio dicere potuit. Qui credit in me habet me.  
Ipse enim xps uerus ds et uita aeterna. Qui ergo credit  
in me inquit uenit ad me et qui ad me habet me. Quid  
est autem habere me habere uitam aeternam. Mor-  
tem adsumsit uita aeterna mori uoluit sed deus o ho-  
mo non desuo. Accepit a te ubi mori ire tur pro te. Ad-  
sumsit ergo uita mortem ut uita occideret mortem.  
Nam qui credit inquit habet uitam aeternam non quod  
patet sed quod latet. Uita enim aeterna uerbum in prin-  
cipio erat apud dm et ds erat uerbum. Erat lux uita homi-  
num. mori uenit sed tertio die resurrexit. Ego sum  
inquit panis uitae et unde illi superbiebant patres in-  
quit uestri manducauerunt manna et mortui sunt quia  
re manducauerunt et mortui sunt quia quod uide-  
bant credebant. quod non uidebant non intellegebant  
Ideo patres ur̄i quia similes estis illorum. Manducaue-  
runt moyses et aaron et ceteri isrl̄ qui fuerunt in popu-  
lo manna et non sunt mortui quia spiritaliter uisibi-  
lem cibum intellexerunt. Spiritaliter esurierunt.  
Alii uero manducauerunt et permanserunt in infide-  
litate sicut iudaei audierunt loquentem xpm sed non  
spiritaliter uerba eius intellexerunt. Ideo dixit eis pa-  
tres ur̄i manducauerunt manna in deserto et mortui sunt.  
Qua morte nisi infidelitatis. Nam communi morte



4  
mortuis sunt. et sci qui fuerunt inter eos. Ideo signavit dñs  
his uerbis mortem spiritalem non carnalem, Patres ergo  
istorum an adest malis patres malorum / infideles patres infide-  
lium murmuratores: patres murmuratorum, Nam de  
nullare magistro offendisse ille populus dictus est quā  
contradimur murando, Ideo et dñs uolens ostendere ta-  
lium filios hinc ad eos caepit quid murmuratis inuicem  
murmuratores filium murmuratorum, Patres uñ  
manna manducauerunt et mortuis sunt non quia malum  
erat manna sed quia male man ducauerunt, Hic est pa-  
nis qui de caelo descendit. hunc panem significauit manna  
hunc panem significat altare dei. facta membra illi fuerunt  
in signis diuersis sunt in re: quae significatur paria sunt.  
Apostolus uero dicit. nolo enim uos inquit ignorare fratres  
quia patres nri omnes subnubes fuerunt et omnes per ma-  
re transierunt. et omnes in morte baptizati sunt in nube  
et in mari. & omnes escam spiritalem manducauerunt.  
Spiritalem uique non corporalem alteram quia illi man-  
na non aliud, Spiritalem uero quam nos sed patres nri:  
non patres illorum quibus nos similes sumus non quibus illi  
similes fuerunt, Hic est ergo panis de caelo descendens  
ut si quis ex ipso manduca uerit non moriatur, Sed quod  
permanet ad ueritatem sacramenta. Non quod perti-  
net ad uisibile sacramentum, Qui manducat intus non  
foris qui manducat in corde non qui premit dentem, Ego  
sum panis uiuus qui de caelo descendi. Ideo uiuus qui de  
caelo descendi. De caelo descendit et manna, Sed manna  
umbra erat / iste ueritas est, Siquis manduca uerit ex hoc  
pane uiuet in aeternum, Et panis quem ego dabo caro





mea est promundiuita, Hoc quando  
 ret caro quod dicit panem carnem  
 tur caro quod non capit caro quia uocatur  
 Hoc enim exortuerunt hoc ad similitudinem esse dixerunt  
 hoc non posse fieri putauerunt, Caro mea est inquit pro  
 mundiuita, Non sunt fideles corpus xpi. Sic corpus xpi  
 se non neglegunt. fiant corpus xpi. Si uolunt uiuere  
 de spu xpi. de spu xpi non uiuit nisi corpus xpi, Quis que ui  
 uerit euult credat in xpm manducet spiritaliter spiritalē  
 cibum incorporeretur corpore xpi et non sit putridum me  
 brum quod resicare mereatur sicut pulcrum sit sanum. sit  
 aptum capiti suo. Ligabant ergo iudaei ad inuicem dicen  
 tes, quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad mandu  
 candum. Ligabant utique ad inuicem quoniam panem concor  
 diae non intellegebant nec sumere uolebant, Nam qui  
 manducant talem panem non litigant ad inuicem quoniam  
 unus panis unum corpus multisumus, Xper hunc facit dñs  
 huiusmodi habitare in domo, Quod autem ad inuicem liti  
 gantes querunt, Quomodo possit dñs carnem suam da  
 re ad manducandum non statim edunt, Sed adhuc  
 eis dicitur, Amen amen dico uobis nisi man ducueritis  
 carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non ha  
 bebitis uitam in uobis. Quomodo quidem datur equis  
 nā modus sit manducandi istum panem. Ignoratis, Ue  
 rum tamen nisi man ducueritis carnem filii hominis et  
 eius sanguinem biberitis non habebitis uitam in uobis.  
 Haec non utique cadaueribus sed uiuentibus loq:batur.  
 Unde ne istam uitam intellegentes et de hac relitiga  
 rent secutus adiunxit. Qui manducat meam carnem

cape  
 uoca  
 caro,  
 h & deo magis non  
 capit caro.



et bibit meum sanguinem habet uitam ae-  
ternam. Hanc ergo non habet qui stumpanem non  
manducat nec stumpanem non bibit.  
Nam temporalem uitam sine illo utcumque homines in  
hoc saeculo quinon sunt perfidem incorpore eius habere  
possunt. Aeternam autem numquam quaesci permittitur.  
Ne autem putarent se inis cibis et potibus quicarnaliter  
sumunt et non spiritaliter intellegunt infidepromitti  
uitam aeternam ut quieam sumerent. iam nec corpore morerentur  
huic cogitationi est dignatus occurrere. Nam cum dixisset  
qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet uitam aeternam. continuo subiecit et dixit. Ego esus cibis et potibus in nouis simodie,  
ut habeat interim secundum spm uitam aeternam. In requie  
quaescorum sps suscipit quod autem ad corpus adtinet  
nec eius uita aeterna fraudetur sed in resurrectione mor-  
tuorum nouis simodie caro, Caro enim mea inquit ue-  
re est cibus et sanguis meus uere est potus. Cum enim ci-  
bis et potibus appetent homines et non esuriant nequesti-  
ciant hoc ueraciter non prestat nisi in cibis et potibus  
quieos a quibus sumitur immortales et in cor supabi-  
les facit id est societas scorum ubi pax erit et unitas ple-  
na atque perfecta propterea quippe sicut etiam hoc ante  
nos intellexerunt homines di. Dns noster ihscor-  
pus et sanguinem suum in eis rebus commendauit quae  
ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque ali-  
ud in unum ex multis granis conficit aliud in unum  
ex multis. Ac in his confluat. Denique iam exponit  
quomodo id fiat quod loquitur et quid sit manducare



82  
s corpus eius et sanguinem bibere. Et qui manducat me  
s cum carnem. et bibit meum sanguinem in me manet ego  
s in eo. hoc est ergo manducare illam escam et illum bibe  
re potum. in xpo manere et illum in aeternitate in se habere.  
Ac per hoc qui non manet in xpo. et in quo non ma  
net xps proculdubio. Nec man ducat spiritaliter eius car  
nem. licet carnaliter et usibiliter praemat dentibus sa  
cramentum corporis et sanguinis xpi. Sed magis tamte rei  
sacramentum ad iudicium sibi manducat. et bibit quia in  
mundus presumpsit ad xpi accedere sacramenta quae ali  
us non digne sumit nisi qui mundus est. De quibus dicitur.  
s beatum mundo corde qui in ipsidm uidebunt. Sicut misit me in  
s qui uiuus pater et ego uiuo propter patrem et qui mandu  
s carne et ipse uiuit propter me. Non enim filius participa  
tione patris sit melior qui est natus equalis. sicut partici  
patione filii per unitatem corporis eius et sanguinis quod  
illa manducatio potatioque significat. Efficit nos meliores.  
Uiuimus ergo nos propter ipsum manducantes eum idē  
ipsum accipientes. Aeternam uitam quam non habebamus  
ex nobis. Uiuunt autem ipse propter patrem missus ab eo  
quia semetipsum ex ināuit factus oboediens usque ad sig  
num crucis. Sicut misit me uiuus pater et ego uiuo prop  
ter patrem. et qui manducat me. et ipse uiuit propter me.  
Ac si diceret et ego uiuam propter patrem. Id est ad illū  
tamquam ad maiorem refeceram uitam meam. Ex inani  
tione mea facit in qua memisit. Ut autem quisque uiuat  
propter me. participatio facit quam manducat me. Ego  
itaque humiliatus uiuo propter patrem. ille erectus ui  
uit propter me. Participatio facit quam manducat me.



Egottaque humiliatus uiuo propter patrem, ille ree-  
tus uiuit propter me, Nonde ea natura dixit qua  
semper est aequalis patri. Sed de ea in qua minor fac-  
tus est patri, Quae etiam superius dixit sicut pater ha-  
bet uitam in semetipso. ita dedit filio ut eam habere in se-  
metipso. Id est genuit filium ut eam habentem in se-  
ipso. Hic est panis qui de caelo descendit ut illum man-  
ducando uiuamus quia aeterna uita ex nobis habere  
non possumus. Non sicut manducauerunt inquit pa-  
tristri manna et mortui sunt, qui manducat hunc pa-  
nem uiuit in aeternum. Quod ergo illum mortui sunt  
ita uult intellegi ut non uiuant in aeternum. Nam te-  
poraliter profecto et bi morientur qui xpm mandu-  
cant, sed uiuunt in aeternum quia xps est uita aeterna  
Signum quia manducauit et bibit hoc est si manet si  
manet et manetur. Si habitat et inhabitatur. Si habe-  
ret ut non deseratur. Hoc ergo nos docuit et ammonu-  
it in facis uerbis ut si uis in uis corpore sub ipso capi-  
te in membris eius edentes carnem eius non relinquentes  
unitatem eius. Sed quia ad erant plures non intellegen-  
do scandalizati sunt; non enim cogitabant haec audien-  
do in sic carne quod dissipant. Apostolus autem dicit  
et uerum dicit; sapere secundum carnem mors est. Car-  
nem suam dat nobis dñs manducare. Et sa pere tamen  
secundum carnem mors est, cum de carne sua dicit quia  
ibi est uita aeterna; Ergo nec carnem debemus sapere  
secundum carnem, sicut in his uerbis multa itaque au-  
dientes non ex inimicis sed ex discipulis eius dixerunt.  
Durus est hic sermo quis potest eum audire si discipuli



durum habuerunt istum sermonem. Quid enim ei etiam sic oportebat ut diceretur quod non ab hominibus intellegeretur secretum dei. intentos debet facere non aduersos. ista autem cito de fecerunt talia loquente. dno ihu non crediderunt aliquid magnum dicentem et uerbulus aliam quam grauiam cooperientem. sed pro ut uoluerunt. ita intellexerunt et more hominum quia puerat ihu aut hoc disponebat ihu. carne qua indutuus erat uerbum uelut in concisam distribuere credentibus in se. Durus est inquit hic sermo. quis potest eum audire. sciens autem ihu apud semetipsum quia uult inuolare deo discipulorum. Sic enim apud se ista dixerunt ut ab illo non audirentur sed ille que eos nouerat in seipsis audiens apud semet ipsum respondit et ait. Hoc uos scandalizat quia dixi carnem meam deuobis manducare et sanguinem meum bibere. Hoc uos nempe scandalizat si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. quid est hoc hinc soluit quod illos mouerat. hinc erunt unde fuerant scandalizati. hinc plane si intellegerent. Illi enim putauerunt illum erogaturum corpus suum. ille autem sedixit ascenditurum in caelum. Utique integrum. cum uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. Certe uel tunc uidebitis quia non eo modo quod putatis erogatur corpus. Certe uel tunc intellegetis. qui a gratia eius non consumitur morsibus. In his uerbis perspicue intellegitur xpm esse unam personam. Dum dixit filium hominis esse prius in caelo. in terra loquebatur. et in caelo se esse dicebat. Quo pertinet nisi ut intellegamus unam personam esse xpm dnm et hominem non duas. ne fides nra non sit trinitas sed quaternitas.



Xp̄s ergo unus est uerbum / anima / caro / unus xp̄s filius  
di. et filius hominis. Unus xp̄s filius di. semper filius homi  
nis extempore. Tamen unus xp̄s secundum unitatem p  
sone in caelo erat quando in terra loquebatur. Sic erat  
filius hominis in caelo / quomodo filius di. erat in terra.  
filius di. in terra suscepta carne / filius hominis in caelo in  
unitate personae. Quod mox latius exponit quid intersit in  
ter sp̄m et carnem. et quid inter carnaliter xp̄m manduca  
re uelle uel spiritaliter accipere. At enim sp̄s est qui ui  
uificat caro non prodest quicquam. Paulo antedixit. nisi  
manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius san  
guinem non habebitis uitam in uobis. Et modo dicit. Caro  
non prodest quicquam. Id est sic carnaliter uultis intellege  
re que dico. Caro non prodest quicquam si sic carnem intel  
legitis manducandam sicut alium cibum. sicut carnes  
quae emuntur in macellis. Sp̄s est ergo qui uiuificat. per  
sp̄m prodest caro / que per se ipsam non prodest. quia littera  
occidit. sp̄s autem uiuificat. Nam per carnem sp̄s aliquid p  
salute nra egit. Caro uas fuit quod habebat. per quam sp̄s sal  
uabit nos. Utens organo carnis ad salutem humane ge  
neris. Quia diabolus utebatur serpente. quasi organo  
ad subuersionem patris nri. Sp̄s est qui uiuificat.  
caro autem non prodest quicquam. Sicut illi intellexit  
carnem non sic ego do ad manducandum meam carnem.  
Proinde uerba inquit que ego locutus sum uobis sp̄s et  
uita s̄. Diximus enim fratres hoc dñm commendas  
se in manducatione carnis suae et potatione sanguinis  
sui. ut in illo maneamus. & ipse in nobis. manemus autē  
in illo cū sumus membra eius. Manet autem ipse in no



bis cum sumus templum eius. Ut autem simus membra  
 eius unitas nos compaginat, ut compaginet unitas quae  
 facit nisi caritas. Caritas dei unde apostolum interroga;  
 caritas inquit dei diffusa est in cordibus nostris. per spiritum sanctum  
 quidatus est nobis. Ergo spiritus est qui uiuificat, spiritus enim fa-  
 cit uiua membra; nec uiua membra spiritus facit nisi quum  
 corpore quod uegetat ipse spiritus inuenit; nam spiritus qui est in te-  
 O homo quo constas ut homosis. Nam uiuificat membra  
 quod separatim inuenit a carne tua; spiritum tuum de coe-  
 ni man tuam. Animata non uiuificat nisi membra  
 quae sunt in carne tua. unum si tollas iam exanimata non  
 uiuificatur quia unitati corporis tui non copulatur.  
 Haec dicuntur ut amemus unitatem et timeamus sepa-  
 rationem; nihil enim sic debet formidare christianus  
 quam separare a corpore christi. Si enim separatur a cor-  
 pore christi non est membrum eius, si non est membrum eius  
 non uetetur spiritus eius; quis quis autem inquit apostolus  
 spiritum christi non habet hic non est eius; Spiritus ergo est qui uiuifi-  
 cat caro non prodest quicquam. Verba quae ego locutus  
 sum uobis spiritus et uita sunt. Quid est spiritus et uita sunt spiri-  
 taliter intelligenda sunt; intellexistis spiritaliter spiritus  
 et uita sunt; intellexistis carnaliter etiam sic illa spiritus et  
 uita sunt sed ubi non sunt. O homo qui spiritaliter eam  
 intellegis nec fide ea uenerari nosti; Sum enim quidam  
 in uobis qui non credunt et ideo non intellegunt quia  
 non credunt. Propheta enim dixit, nisi credi deritis  
 non intellegatis; per fidem copulamur per intellectum  
 uiuificamur; prius heremus per fidem ut sic post uiuifi-  
 cemur per intellectum. Sciebat enim ab inicio ihesus qui



essent credentes et quis traditurus esset eum. Nam ibi  
iudas erat inter eos qui scandali factus sunt quem xps neci-  
luit. nec aperte monstravit. ut omnes timerent quam-  
uis unus periret. Sed postea quam dixit et distinxit cre-  
dentes a non credentibus. expressit causam quare non cre-  
dant. propterea dixit uobis. inquit quia nemo potest ueni-  
re ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Dabitur enim  
a patre credentibus fides ut nemo gloriaetur in fide sua  
quae se non est quasi propria sed a dō data quasi gratia.  
Ex hoc multi discipuli eius. abierunt retro etiam non  
cum illo ambulabant. Abierunt retro non post xpm  
sed post satanam. Ista autem sic redierunt retro quomo-  
do post crucem a corpore xpi. nec ultra redierunt ad eum  
quia forte fideliter in corpore eius non fuerunt. Et hi  
non pauci sed multi. Audiamus ergo quid ad paucos di-  
xerit qui remanserunt. Dixit ergo ihs ad duodecim.  
numquid et uos uultis abire non dicit cessit nec iudas.  
sed quare manebat dno. n̄ apparebat. Postea man-  
festatum est. Respondit petrus pro omnibus unus pro  
multis unitas pro uniuersis. Respondit ergo et simon  
petrus. Dne ad quem ibimus repellis nosate. Danob  
alterum te. ad quem ibimus. si a te recedimus. Ad quem  
ibimus uerba uite aeternae habes. Videte quem ammo-  
dum petrus dante dno recreante spū scō intellexit.  
Videns si quia credidit uerba uite aeternae. Uitam  
enim aeternam habes in ministracione corporis et san-  
guinis tui. et nos cognouimus et credidimus. non cog-  
nouimus et credimus. sed credimus et cognouimus.  
Credimus enim ut cognosceremus. nam si prius cognos-



85  
cere et deinde credere uellemus. nec cognoscere. nec  
credere ualeremus. Quid credimus et quid cognouimus  
quia tu es xps filius dei; id est quia ipsa uita aeterna uisus  
et non das in carne et sanguine tuo nisi quod es. Respon  
dit ihs. nonne ego uos duodecim elegi et unus ex uobis dia  
bolus est. Dicebat autem de iuda simonis. schariothis; hic  
enim erat eum tradi turus. cum esset unus ex duodecim;  
unus ex duodecim erat. non fide sed numero; non uerita  
te sed simulatione; Sed quomodo intellegendum est n  
ne ego uos duodecim elegi. dum ille unus filius diaboli  
dicitur esse. nisi quia aliter electi sunt illi undecim. ali  
ter et ille unus. Electi sunt illi ut manerent in xpo. et ui  
sonus illorum exiret per orbem terrarum. Electus est  
ille unus. ut dispensatio diuine misericordiae in salute  
humani generis impleretur. per eum. Unde bonitas  
dei bene utebatur malitia illius. Sicut in uenditione io  
seph bene usus est dñs. malitia fratrum. Ut ex opere ma  
lo. illorum bonitas dei ostenderetur in salute multorum.  
sicut malum iudae in bonum uersum est. quod fa  
cit malus male utendo boni dei. si innocet non bonita  
te dei destruere poterit. quare duodecim elegit. xps  
duodenarius numerus sacratus est. non enim quia pe  
ribit undecimus. ideo illius numeri honor adeptus est.  
nam in loco per euntis alius subrogatus est. mansit nu  
merus consecratus. numerus duodenarius quia per u  
nuer sum orbem. hoc est per quatuor cardines mundi  
trinitatem fuerant annuntiaturi. Ideo quater ter mi  
lecti sunt. ut scilicet trinitas per quatuor partes orbis  
predicaretur. Nam et annis duodenario numero currit



etordo signorum in caelis per quem sol et luna currere  
noseuntur duo denario numero distinguuntur, Ideo  
hoc numero primis predicatoribus. Quod xps dixit immu-  
dum, nec numerus iuda per eunte uolatus est. Seda-  
lius eius loco subrogatus, decuius numeri sacratissima  
significatione ipse xps in euangelio ait. De excellentis-  
sima scorum gloria, cum autem sederit filius hominis  
in sede maiestatis suae, sedebitis et uos super sedes duo-  
decim iudicantes duodecim tribus israhel.

**EXPL. Liber III INCIPIT Liber III**

xviii

**P**ost haec inquit euangelista ambulabat ihs in ga-  
lileam, Non enim uolebat in iudeam ambula-  
re, quia quererent eum iudaei interficere.  
Hoc infirmitati nrae praebebat exemplum. Non  
ipse perdidit potestatem, sed in tra consolabatur  
fragilitatem, futurum enim erat ut dicitur, ut aliquis  
fidelis eius absconderet se, ne a persecutoribus inue-  
niretur, Et ne illi pro crimine obiceretur, latibulum  
precessit in capite quod in membris confirmata-  
retur, Potuit enim xps ambulare inter iudaeos  
et non occidi, quia, Potestatem habeo ponendi  
in manum meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam,  
Hanc potestatem ostendit dum uoluit, dum ad uocem  
illius retro ceciderunt, qui eum cum armis uenerunt  
ad praehendere, Erat autem in proximo dies festus  
iudaeorum, scenophegiae, Scenophegiae est dies fes-  
tus, quo iudaei mense septimo in tabernaculis subramis  
arborum habitare diebus septem iubebantur, ad me-  
moriam habitationis illorum in heremo, Isaerit



dies festus quem iudaei magna solemnitate celebrabant.  
 uelud remimis centes beneficiorum dñi qui eos eduxit de  
 terra aegypti. Dies festus more iudeorum dicitur non  
 unus dies sed quod quod illius festiuitatis fuerunt. qua  
 si unum diem festum propter unius festiuitatis consu  
 etudinem nominare so lebant. Dixerunt ergo ad eum  
 fratres eius; transi hinc et uade in iudaeam; fratres dñi usi  
 tatis simo scæ scripture more consanguinei scæ mariae  
 semper uirginis dicebantur. Nam abraham et loth fra  
 tres sunt dicti; cum abraham patruus esset loth; et la  
 ban. et iacob fratres sunt dicti; cum esset laban auun  
 culus iacob. Cum ergo audieritis fratres dñi mariae  
 cogitate consanguinitatē non iterum parientis ullā  
 propagnem; Diximus fratres qui fuerint. audiamus  
 quid dixerint. Transi hinc et uade in iudaeam. ut et disci  
 puli tui uideant operatua quae facis; Opera dñi disci  
 pulos non latebant sed istos latebant; Isti enim fra  
 tres idem consanguinei; Xpm consanguineum habere  
 potuerunt. Credere autem in eum ipsa propinquitate  
 susuderunt. ideo continuo euangelista secutus est.  
 neque enim fratres eius credebant in eum; Quare in eum  
 non credebant. quia humanā gloriam requirebant.  
 Dicentes ad eum; transi hinc et uade in iudaeam. ut et  
 discipuli tui uideant operatua; Nemo quippe in oculis  
 to aliquis facit. et querit ipse palam esse; Si hoc facis. ma  
 nifestas te ipsum mundo; Nam his uerbis ostenditur  
 gloriam illius carnaliter querere eos. quasi dixisset  
 facis mirabilia sed abs condite; Transi in iudaeam ut  
 principatus gentis et ciuitas caput regni uideant



mirabilia tua, Innotesce. appa re omnibus. ut laude-  
s possis ab omnibus, Quid ergo ad haec dñs ihs dicit me  
s um tempus nondum uenit. tempus autem uestrum sem-  
s per est paratum, Apostolus dicit, Postquam uenit ple-  
nitudo temporis misit dñs filium suum, Tempus uero glo-  
ria xpi necdum uenit. cum haec locutus est. quod illi ui-  
dentur quaerere. qui euadebant. i se iudaeam mira-  
cula facere. mundo innotescere. ne latens ignobilis pu-  
taretur, Sed ille uoluit altitudinem humilitate prae-  
cedere. et ad ipsam celsitudinem per humilitatis sursum  
peruenire, Tempus autem uestrum. id est mundi glo-  
ria semper est paratum, Erit enim tempus gloriae,  
qui uenit in humilitate. ueniet in altitudine, Qui uenit  
iudicandus. ueniet iudicaturus, Qui uenit occidi-  
s Amortuus. ueniet iudicare de uiuis et mortuis, Uos as-  
s cendite ad diem festum hunc, Quid est hunc ubi glo-  
riam humanam queritis, Quid est hunc ubi exten-  
dere uultis carnalia gaudia. non aeter nacogitare,  
s Ego non ascendo. ad diem festum hunc. quia meum tem-  
s pus nondum impletum est, In diem festum gloriam  
uos humanam queritis. meum uerum tempus. id est  
gloriae meae nondum uenit, Ipse erit dies festus meus.  
non diebus istis percurrentes et transiens. sed perma-  
nens in aeternum, Ipse erit festiuitas. gaudium sine  
s sine. aeternitas sine labe. serenitas sine nube, haec  
s cum dixisset. et ipse mansit in galilea, Ut autem ascen-  
s derunt fratres eius. tunc et ipse ascendit ad diem festum  
Non manifeste. sed quasi in occulto, Ideo non ad diem  
festum hunc. quia non gloriarı temporaliter. sed aliquid



docere salubriter, Corrigere homines de die festo  
 aeterno amore. ~~Amor~~ ab hoc seculo. auertere. et in  
 dm conuerrere; Quid est autem quasi latenter  
 ascendit ad diem festum non uacat et hoc dñi opus;  
 Nam omnes dies festos iudeorum in figura fuerunt;  
 ideo xps latenter ascendebat in eis quia xps latuit  
 in illis; populo uero priori occultus; modo uero me  
 liori populo manifestus; quia quod ille populus  
 in umbra agebat; nos uero manifesta luce facimus;  
 licet quidam intellegere uelint hanc dñi responsione.  
 quã ait; Ego non ascendit ad diem festum hunc; ad  
 passionem illius pertinere; quia xps non in festiui  
 tate scenophegiae; sed in festiuitate paschali; qua  
 agnus occidit solebat crucem ascendit; Iudei autem  
 querebant in die festo; antequam ascenderet; Prio  
 res enim fratres ascenderunt; et non tunc ascendit  
 ille; quando illi putabant et uolebant; Etiam ut  
 hoc impleteretur quod ait; non adhuc; id est ad que  
 uos uultis primum uel secundum diem; Ascendit  
 autem postea; ut euangelium loquitur; in die festo  
 id est cum iam illius die festi tot dies preteris  
 sent; quod remansissent; ipsa enim festiuitatem  
 quantum intellegendum est; diebus plurimis cæle  
 bra bant; Dicebant ergo; ubi est ille; et murmur  
 mul tus de eo erat in turba; Unde murmur; de con  
 tentione; Quæ fuit contentio; quidam enim dicebant  
 quia bonus est; alii autem dicebant non; sed seducit  
 turbas; De omnibus eius seruis hoc dicitur modo;  
 Quicumque emittit in aliqua gratia; alii dicunt bo



bonus est. Alimon. sed seducit turbas; Unde hoc quia  
uita nra abscondita est cum xpo in do; hoc patitur cor  
pus xpi usque in finem saeculi a mundi amatoribus; quod  
tunc passus est a iudeorum murmuratoribus; Necdum  
frumentum apaleis segregatum est; ut grana frumen  
ti congregentur in horreum et palaeae comburen  
tur igni aeterno; Quod dictum est ergo de dno ualeat ad  
consolationem de quo cumque hoc dictum fuerit xpiano;  
, Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum  
iudeorum; Quid dicebant bonus est. non qui dicebant  
seducit turbas; Sonitus eorum apparebat tamquam  
aridorum foliorum; Seducit turbas. clarius sona  
bant; bonus est. praesius susurrabant; modo autem  
fratres quamuis nondum uenerit illa gloria xpi quae  
nos aeternos facturam est. modo tamen ita crescit ecclesia  
eius ita eam dignatus est percuncta diffundere. ut ea  
susurraretur; seducit turbas; sed clarius personet bo  
nus est; Nam noua heresis in angulis occulte susurrat;  
Xps e. adoptiuus. sed clarius uniuersae scae ecclesiae  
uox resonat; xps filius est di proprius; Sibilant quoque  
serpentina ore xps nuncupatus est ds; sed praesius fir  
musque fidelium omnium unanimiter clamat; Xps  
bonus est ds; uerus est ds; Teste egregio predicatori  
qui ait; Quorum patres ex quibus xps quiescit super om  
nia ds benedictus; Ascendit ergo dñs ad diem festu  
, mediantem die festo docebat et mirabantur iudaei  
, dicentes; Quomodo hic licet ueritas scit cum non didice  
rit ille qui latebat docebat; et palam loquebatur  
et non tenebatur; Illud enim ut latebat erat ex em



pli hoc potestatis; Sed cum doceret, mirabamur  
 iudaei; Omnes quidem quantum arbitror mira-  
 bantur, sed non omnes conuertebantur; Unde ad-  
 miratio quia multi nouerant ubi natus, et quem  
 admodum fuerit eductus, numquam eum uiderant  
 litteras discipulum; Audiebant tamen de lege dis-  
 putantem, legis testimonia proferentem, quod ne-  
 mo potest proferre nisi legisset, nemo legit, ni-  
 sil ut res didicisset, et ideo mirabamur; Eorum autem  
 admiratio magistro facta est insinuandae alius  
 ueritatis occasio; Eorum quippe admiratione  
 et uerbis dixit dñs, Aliquid profundum et diligen-  
 tius inspicendum; Quod ergo respondit dñs, eis ad-  
 mirantibus, quomodo sciret illi res, quas non didice-  
 rat, mea inquit doctrina non est mea, sed eius qui  
 misit me; haec est enim profunditas; Uidetur enim  
 paucis uerbis, quasi contraria loquutus; Non enim  
 ait ista doctrina non est mea, sed mea doctrina non  
 est mea; Quomodo mea et non mea? questio est  
 quomodo fieri possit, utrumque et mea et non mea;  
 Si enim diligenter intueamur, quod ipse in exor-  
 dio dicit scilicet euangelista; In principio erat uerbum,  
 et uerbum erat apud dñm, et dñs erat uerbum; Unde  
 pendit huius solutio questionis; Quae est ergo doc-  
 trina patris, nisi uerbum patris, ipse ergo xps doc-  
 trina patris, si uerbum patris; Sed quia uerbum  
 non potest esse nullius, sed alicuius, et suam doc-  
 trinam dixit seipsum, et non suam, quia patris est uer-  
 bum, hoc dixisse uidetur dñs xps, mea doctrina



non est mea ⁊ ac si diceret, ego non sum a me ipso,  
Quā uis enim filium patris dicimus et credamus  
aequalem, nec ullam in eis esse naturae uel substan-  
tiae distantiam, nec inter generationem atque ge-  
neratum aliquod inter fuisse interuallum, tam  
hoc seruatō et custoditō ista dicimus, quod ille pater  
est, ille filius, Pater autem non est, si non habeat  
filium, filius non est, si non habeat patrem, sed  
tamen filius dicitur de patre, pater autem dicitur, sed non de filio.  
Pater non dicitur de deo, filius uero dicitur de deo, Lumen de  
lumine, pater lumen, filius lumen, non duo lu-  
mina sed unum lumen, Pater dicitur, filius dicitur, non  
duo sed unus dicitur, pater et filius, Spiritus sanctus  
de patre et filio procedens, et ipse dicitur, Sicut pater dicitur  
sicut filius dicitur, sic etiam spiritus sanctus dicitur, non tres sed  
unus dicitur, Unum lumen, una substantia, una natu-  
ra, una maiestas, Una aeternitas, una magnitu-  
do, una potentia, una bonitas, Unde itaque ipse dicitur  
christus dicitur sapientia, hoc tam profundum arcanum,  
non omnes intellecturos, in consequenti dedit con-  
siliū, intellegere dicitur, crede, dicitur enim per prophetā  
dixit, nisi crederitis non intellegētis, Ad hoc perti-  
net, quod hic etiam dicitur, secutus adiunxit, Siquis  
uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscat de deo  
trina, utrum ex deo sit, An ego a me ipso loquor,  
Quid est hoc, si quis uoluntatem meam uoluerit facere,  
sed ego dixeram si quis crediderit, Et hoc consiliū  
dederam, Si non intellexisti, inquam crede, Intel-  
lectus enim, merces est fidei, Et ego noluerere



intel legere ut credas, sed crede ut intellegas. Quia  
 nisi crederitis ~~non~~ non intellegatis. Cum er-  
 go a possibilitate intellegendi consilium dederim,  
 oboedientiam credendi, et dixerim dominum in xpm  
 hoc ipsum conuinxisse, in con sequenti sententia inue-  
 nimus eum dixisse, si quis uoluerit uoluntatem eius  
 facere, hoc est credere. Sed qui cognoscit hoc est intel-  
 legit, omnes intellegunt. Quia uero quidam si quis uo-  
 luerit uoluntatem eius facere hoc pertinet ad crede-  
 re ut diligentius intellegatur. Opus est nobis ipso  
 dno nro expositore, ut iudicet nobis utrumque uera  
 ad credere pertinet ad facere uoluntatem patris eius.  
 Quis nesciat hoc esse facere uoluntatem dei operari opus  
 eius id est quod illi placet. Ipse autem dominus aperte a  
 lio loco dicit, hoc est opus dei. Ut credatis meum quem  
 ille misit ut credatis meum non ut credatis ei. Non  
 autem continuo qui credit ei credit meum. Nam et  
 demones credebant ei et non ere debant meum. Rur-  
 sus autem de apostolis ipsius possumus dicere. Credi-  
 mus paulo sed non credimus in paulum. Credimus  
 petrum sed non credimus in petrum. Credentia meum  
 qui iustificat impium deputatur fides eius ad ius-  
 titiam. Quid est ergo credere meum credendo  
 amare credendo diligere. Credendo ad eum ire  
 eius membris in cor porari. Ipse est ergo fides quam  
 deo bis exigit deus que per dilectionem operatur.  
 Si intellegis uerba dei, intellege quia xps filius est dei,  
 et doctrina patris non est ex seipso, non ex nihilo, non  
 ex alius sub sistentibus, sed ex patre tantum, in patre



manens aequalis patri; Quasemetipso loquitur, glo-  
riam propriam quaerit, hoc erit qui uo catur antichris-  
tus, extollens se sicut apoc tolus dicit. super omne quod  
dicitur dñs et quod colitur, Ipsum quippe adnuntians  
dñs gloriam suam quaesiturum, non gloriam patris  
atq ad iudaeos, Ego ueni in nomine patris mei et non  
suscepistis me, Alius ueni et inno minesuo, et hunc  
suscipietis, significabateos antichristum susceptu-  
ras, qui gloriam nominis sui quaesiturus est infla-  
tus non solidus, Et adeo non stabilis, sed utique ru-  
nosus, Dñs autem noster ih̄s xp̄s, magnum exemplū  
nobis prebuit humilitatis, nēpe equalis est patri,  
nempe in principio erat uerbum, et uerbum erat a  
pud dñm, et dñs erat uerbum, Nempe ipse dixit, et ueris-  
sime dixit, Tanto tempore uobiscum sum et non cog-  
nouistis me, philippe, qui me uidit, uidit et patrem,  
Nempe ipse dixit et ueris sime dixit, Ego et pater  
unum sumus, Si ergo cum patre unum equalis pa-  
tri dñs deo, dñs apud dñm coaeternus immortalis, pa-  
riter incommutabilis, pariter sine tempore, pari-  
ter creator dispensator temporum, Tamen quia  
uenit in tempore, et formam serui accepit et habi-  
tu est inuentus ut homo, quaerit gloriam patris n̄ suā,  
Quid tu homo facere debes quia quando aliquid boni  
facis gloriam tuam queris, quando autem aliquid ma-  
lifaas deo calumniā meditaris, intende tibi creatu-  
raes, agnosce creatorem, Seruus es ne contemnas  
dñm, ad obtaus es, sed non meritis tuis, Que res glori-  
am eius a quo habes hanc gloriam, homo adoptatus



cuius gloriam quae sunt / quae est ab illo uincens na-  
 tus, Quia autem quaerit gloriam eius qui misit illū  
 hic uerax est / et inuisititia in illa non est, In antichris-  
 to autem inuisititia est / et uerax non est, quia gloria  
 suam quaesiturus est non eius a quo missus est, Non  
 enim est missus sed uenire permissus, Omnes ergo  
 peruenientes ad corpus xpi ne inducamur in laqueos  
 antichristi non quaeramus gloriam nrā, sed sicut  
 quae sunt gloria eius quae eum misit quanto magis  
 nos eius quinos fecit, Sequitur; nonne moyses in-  
 quid dedit uobis legem, et nemo ex uobis facit legem,  
 quid me queritis interficere? Ideo enim quaeritis in-  
 terficere, quia nemo ex uobis facit legem, Nam si le-  
 gem fecissetis in ipsis literis xpi agnosceretis, et praesentem  
 non occideretis, et illi respondit; respondit enim turba;  
 respondit quae siturba non pertinet ad ordinem sed ad  
 perturbationem, denique turbata, turbata, uidete quid  
 responderit, Daemonium habes, quis te querit occidere,  
 quae si non fuit peius dicere daemonium habes, quae  
 meum occidere, Et qui perditum est, quod daemonium  
 habebat, quidem non expellebat, quid possit aliud  
 dicere turba turbulenta, quid possit aliud colere  
 caenum commotum nisi putridum, turba turbata est;  
 Unde a ueritate turbam lippitu dines turbant claritas  
 lucis, Oculi autem non habentes sanitatem non  
 possunt ferre luminis claritatem, Dñs autem non  
 plane turbatur sed in sua ueritate tranquillus non  
 reddidit malum pro malo, nec maledictum pro ma-



ledicere quibus si diceret demonium habetis. Quos  
uerum diceret. Unde hoc dicerent de ueritate demo  
nium habetis. nisi eos diaboli falsitas irritaret. Quid  
ergo respondeat tranquillus audiamus et tranqui  
le uiuamus. Unum opus feci et omnes miramini; ta  
quam dicens; quid si omnia opera mea uideritis ip  
sius enim opera erant quae in mundo uidebant. et ipse  
qui fecit omnia non uidebant. fecit unam rem et tur  
bati sunt quia saluum fecit hominem in sabbato; nō  
intellegens dñm esse sabbati filium hominis. qui sab  
batum propter hominem constituit non hominem  
propter sabbatum. Nec sabbatum destruxit qui sanū  
fecit hominem in sabbato quia ad salutem hominē  
hominibus sabbati custodia data est. Propter reamor  
ses dedit uobis circumcisionem bene factum est ut  
acciperetis circumcisionem. A moise non quia  
ex moise est sed ex patribus; Abraham quippe primus  
accepit circumcisionem. A dño et in sabbato cir  
cuiditis; conuenit uos moises in lege accepit ut cir  
cuidatis octauodie accepistis in lege ut uacatis  
septimodie; Si octauus dies illius quinquatus est oc  
curritur ad diem septimum sabbati. quid facitis;  
uacabitis ut seruetis sabbatum. An circumcide  
tis ut impleatis sacramentum diei octauae <sup>quia</sup> sed nouum  
quid quod facitis circumciditis hominem; quare cir  
cumcisio pertinet ad aliquod signum salutis et non  
debent homines sabbato uacare a salute; ergo nec  
mihi irascamini quia saluum fecit totum hominem  
in sabbato. Si circumcisionem inquit accepit homo



91

in sabbato ut non solvatur lex mor si, Aliquid enim  
per mor sen in illa constitutione circum cissionis sa  
lubriter institutum est; mihi operanti salutem in sab  
bato Quare in dignamini forte enim illa circum cis  
sio ipsum dñm significabat. Cui iste curanti et sanan  
ti indigna bantur. iussit enim adhiberi octavae;  
et quid est circum cisioni sicut in expoliatio. significat  
ergo ita circum cisionem expoliationem. a corde cupidita  
tem carnalium, non ergo sine causa data est. et in eo  
membro fieri ut sciam per illud membrum procreatur  
creatura mortalium et per unum hominem mors si  
cut per unum hominem resurrectio mortuorum. et per  
unum hominem peccatum intrauit in mundum.  
Et per peccatum mors; ideo quisque cum proputio nas  
citur. quia omnis homo cum vitio propaginis nasci  
tur et non mundat deus siue vitio cum quoniam cumur.  
siue vitio quae male vivendo addimus. nisi per cul  
tellum petrinum id est dñm ih̄m xp̄m, Petra enim  
erat xp̄s; Cultellis enim petris circumcidiebant.  
et petra nomine xp̄m figurabant et praesentem non  
agnoscebant sed in super eum occidere cupiebant,  
Quod vero circumcidit hominem in sabbato. intel  
legite hoc significari. opus bonum; quod ego feci totum  
hominem saluum sabbato; Quia et curatus est ut sa  
nus esset in corpore et crederet ut sanus esset in ani  
ma; nolite iudicare personaliter. sed rectum iudi  
cium iudicate; quid est hoc modo quia si per legem mor  
si sicut circumcidit in sabbato non irascimini mor si.  
et quia ego diesabbati saluum feci hominem irascimini



mi hi<sup>o</sup> personali ter iudicate ueritatem adtendite  
et iustum iudicium iudicate; si secundum ueritatem  
iudicatis neque morsem nequeme condemnabitis  
et ueritatem cognitam me cognoscitis quia ego sum  
ueritas; Hoc ueritatem fr̄s quod dñs nota ut hoc loco  
euadere in hoc saeculo magnis laboris est non per  
ueritatis amore interrogauit sed ut causam inueniret  
qua eum accusare potuisset & tradidi romano p̄sidi  
ad dampnandum; Respondit ih̄s; Ego palam locutus  
sum mundo ego semp̄ docui in synagoga & in templo  
quo omnes iudei conueniunt & in occulto locutus sum  
nihil; Quid est qđ palam se dicit loqui & in occulto  
nihil loqui; dū in alio loco apostolus dicit dum p̄ para  
bolas turbis loquitur uob̄ datum ē nosse mysterium  
regni ceteris aut̄ in parabolis; Intellegendum est  
ita eum dixisse palam locutus sum mundo. De si dixisset  
multa meloquentem audier̄, ipsum aut̄ palam  
quodammodo erat palam quodammodo non erat  
palam; palam quippe erat quia multi audiebant.  
Nō aut̄ non erat palam quia nō intellegebant; & qđ  
sorsum discipulis loquebatur; nō in occulto utiq; lo  
quebatur; Quis namq; in occulto loquitur quicoram  
tot hominib; loquitur cum scriptum sit in ore duos &  
ueterum testium stabit omne uerbum; p̄sertim  
si hoc loquitur paucis; qđ p̄ eos uelle & innotescere  
similis; Ergo & hoc ipsum qđ ab eo dici uidebatur  
occulte; quomodo nō dicebatur in occulto; quia nō ita  
dicebatur ut ab eis quib; dictum fuerat taceretur; se  
ita potius ut usq; quāq; p̄dicaretur; Quid me inter  
rogas; Interroga eos qui audierunt quid locutus sum



ipsis. Ecce hi sunt quod dixi ego, quæsi dixisset. Quid  
me interrogas. A quo ueritatem audire non desideras, sed  
quem dampnare cupis. Interroga magis eos de quorum  
dictis non habear inuidiam. Ita temperauit dominus respon-  
sionem suam ut nec ueritatem tacere, nec se defendere  
uideretur. Hæc autem cum dixisset unus ad assistens missi-  
trorum dedit alapam ihu dicens. Sic respondit ponti-  
fici. hic impletur quod propheta tum de eo. Dedit maxil-  
lam meam percutientibus, percussit eum quasi reum res-  
pensionis sed ille iniuste percussus mansuete respondit.  
Si male locutus sum testimonio phibe de malo. Omis-  
itæq; qui contra ueritatem loquitur male loquitur.  
Sicutem ueritatem non dixi da testimonium contra me  
in quo mendacium dixissem. Sicut bene id est uere  
quid ne cedis. quid ista responsione uerius mansue-  
tius iustius. Sic cogitemus quis acceperit alapam.  
Nonne uelimus eum qui percussit aut caelesti igne consu-  
mi. aut terra descendente sorberi. aut correptum demo-  
nio uoluntari. Quid enim horum potentiam non potuit  
sed pro quem factus est mundus. Nisi patientiam nos doce-  
re maluisset a quo uincitur mundus. Foste aliquis  
hic dicit. Quare alteram maxillam percutienti non  
darex secundum preceptum suum. Nisi solum itaq; alteram  
dedit maxillam percutienti. sed etiam totum corpus  
suum ad crucifigendum dedit. & magis uult precepta  
domini in cordis tranquillitate seruare quam in corporis  
ostentatione demonstrare. & misit eum annas li-  
gatum ad caphan pontificem. hi duo annas & caphan  
phæes principes fuerunt sacerdotum & principes annas



194  
sacerdotium ministrabant. & erat tunc annus cas-  
phe. cum passus est xpi. & credendum est secundum uolunta-  
tem casphe factum esse ut prius duceretur ad annam  
ut minoris culpe uideretur. si alterius quoque confacer-  
dotis sui dampnaretur sententia. Sed cum dixisset  
euangelista quod eum ligatum miserit annas ad caspian  
sternus est ad locum narrationis ubi reliquerat ad petrum  
ut explicaret quod in domo annae doctrina eius nec rati-  
one contigerat. Erat autem inquit simon petrus stans  
& colefaciens se. hoc recapitulat quod antea dixit  
deinde quae secuta sunt iungit. Dixerunt ergo ei  
numquid & tu ex discipulis eius es? Negavit ille & dixit  
non sum. Jam semel negauerat ad ancille uocem. Ecce  
iterum eodem timore perterritus negavit. Deinde ut  
tertia quoque negatio perficeretur & uerbum domini predicen-  
tis impleretur. Dicit unus ex seruis pontificis cognat-  
us eius cuius abscidit petrus auriculam. Nonne  
ego te uidi in horto cum illo. Iterum sicut ante nega-  
uit petrus & statim gallus cantauit. Ecce medici est  
completa predictio egroti conuicta presumptio. Non enim  
factum est quod iste dixerat animam meam pro te ponam.  
sed factum est quod ille predixerat ter me negabis. Sed  
haec trina negatio timoris trina confessione amoris  
diluitur. Necdum fuit amor meus qui foras mitteret  
amorem. Sed adhuc timor seruilis ualuit in corde  
eius. Sed nec dum respexit eum qui haec predixit ei. Sed  
hoc magnae dispensatione gestum esse credere  
debemus quatenus ille cui oues suas ad patrem rediens  
xpi commendaturus erat. per suam disceret & fragilitate



alios misereri. & fratrum culpas ignoscere. Dum scilicet  
velordaretur peccatum. & aliorum compati possit fra-  
gilitati. quis sui casus ignarus non esset. p. acta itaq;  
trina hac negatione petri. Reversus est euangelista  
ad ordinem narrationis suae. ubi eam reliquerat.  
Adducunt ergo inquit ihm ad caesarianum inptorium.  
Ad caesarianum quippe. ab anna collega & socio eius dicitur  
missum. Sed & si ad caesarianum. cur inptorium. qd n. ul-  
aliud uult intelligi. quam ubi p. ser. pilatus habitabat.  
Aut de impnationis causa xpi. caesarianus p. ser. inptorium  
ad pilatum. Aut pilatus in domo caesariane. inptorium ha-  
bebat. & tunc fuit amplitudo. ut utroq; capere po-  
tuisset. & seorsum habitantem dnm. seorsum tu-  
dicom ferret. <sup>†</sup> Ecce quanta est sollicitudo sacerdotum  
in malo tota nocte uigilauerunt. ut homicidium fece-  
rent. Erat autem mane. & ipsi id est qui ducebant  
ihm. in introitu inptorium. Hoc est in eam partem  
domus. qua pilatus tenebat. Superius erat domus cae-  
sariane. cuius autem introitu inptorium. seponitur  
causam ut non contaminarentur inquit. sed manduca-  
rent pascha. Dies enim agni coeperat agnorum.  
quibus diebus contaminatio illis erat. in alienum ha-  
bitaculum intrare. <sup>†</sup> O impia & stulta cecitas. habi-  
taculo uidelicet alieno se uolare putarunt. & non  
proprio scelere inquinare se uidebant. alienigenae  
iudicis domo contaminari timebant. & fratrum imo-  
centis sanguine non timebant. Sciendum est quid sit in-  
ter pascha & dies agnorum. pascha dicebatur  
proprie dies illa. qua agnus ad uesperam quasta



195  
decima luna occidebatur. Septem uero dies sequen-  
tes dies azimorum dicebantur. Dies azimorum fue-  
runt in quibus nil fermentatum in domibus illorum debu-  
it inuenire; sed tam dies paschalis inuenitur. Inter  
dies azimorum nominari ut in alio euangelio legitur  
prima autem die azimorum. Accesserunt ad illum dis-  
cipuli dicentes. Ubi uis paremus tibi pascha man-  
ducare. Sequitur;

Fuit ergo pilatus ad eos foras & dixit. Quam accu-  
sationem adfertis ad hominem hunc? & responderunt  
dixit ei. Simones & hic malefactor nobis tradidit  
senos. hunc enim habebant mortem iudei. ut quem  
morte dignum diiudicaret. unctum eum perfidi  
tradere. Interrogauerunt atque responderunt ab in-  
mundis spiritibus, liberati. Langui di sanati. Leprosi  
mundati. Surdi audientes. cœca loquentes. cœci  
uidentes. mortui resurgentes. utrum sit malefac-  
tor ih̄s. sed ista dicebant. de quibus per prophetam  
ips̄s dixerat. Retribuebant mihi mala pro bonis.  
Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum uos & secundum  
legem uestram iudicate eum. Justior fuit illis iudex  
genialis. quasi diceret. Legem habetis. & secundum  
legem uestram iudicate eum. Uos melius nostis.  
quid de talibus uestra lex iudicet. secundum quod iustum  
sciatis iudicate. Dixerunt ergo iudei. Nobis non licet  
interficere quemquam. Quid est quod loquitur in  
sensu crudelitas. An non interficiebant. quem in-  
ficiendum offerebant. An non forte interficiebant  
quem clamabant. crucifige crucifige. quid est quod



dixerunt nob non licet interficere quemquam. dum lex  
mandat homicidas adulteros. & alium reos excelsis  
occidere uello pidere nisi forte hoc ideo dixerint  
pp̄i scitatem die festi ut n̄ liceret eis secundum legē  
indie festo occidere hominem. Ob cuius die festi uene  
rationem. Quam p̄torium iudicis intrare noluer  
quomodo iudei. O facti israhelite. n̄ occidistis eum que  
adprehendistis. quem adduxistis. quem p̄sidi tradidistis.  
quem cruci figi poposcistis. Audite qd̄ contra uos sciam  
pp̄heta clamat. Fili hominum dentes eorum arma  
& sagitte & lingua eorum macera acuta. Ecce quib.  
armis quib. sagittis qua macera iustum interficent.

Deinde sequitur euangelista. Hoc aut̄ dixer. ut sermo  
ih̄u impleatur quem dixit significans que esset  
morte moriturus. Itaq; intelligendum est dñm h̄c  
significare n̄ mortem crucis sed illam mortem  
qua iudei eum gentibus tradebant ad occidendam  
hoc est romani. Nam pilatus romanus ciues fuit.  
Licet genere pontius. eumq; in iudeam romanū p̄sidentem  
miserant. Ut ergo iste sermo ih̄u impleatur. id est ea  
sibi traditum gentes interficerent. qd̄ ih̄s futurum  
eē p̄dixerat hoc impletum est dum iudei eum genti  
bus tradider̄ occidendum. minore tam scelere quam  
iudei quise isto modo ab eius interfectione uelut alie  
nos facere uoluer̄. N̄ ut eorum innocentia sed ut  
dementia monstraretur. Sequitur

Introuit iterum in iudicium p̄torium pilatus & uocauit  
ih̄m & dixit ei. Tu es rex iudeorum. In his uerbis ostēdit  
pilatus hoc iudeos obieciſſe ei criminis. ut dice



196.  
se regem esse iudeorum. Respondit ih̄s. Dicit enim ipse  
hoc die. An alibi dixerit de me. Sciebat utique dñs  
& qđ ipse interrogabat & qđ ille responsurus fuit &  
quid illi pilatus responsurus erat. & tunc dici uoluit.  
Non propter se qui omnia sciebat sed propter nos ut  
scriberetur qđ nos scire uoluit. Respondit pilatus.  
Numquid ego iudeus sum. gens tua & pontifices tradi-  
derunt te mihi. quid fecisti. Abstulit a se suspicionem  
quæ possit putari a se ipso dixisse qđ ihm regem  
dixerat esse iudeorum. id se a iudeis accepisse de-  
monstrans. dicendo quid fecisti. Satis ostendit illud  
ei perimne obiectum tamquā diceret. si regem te-  
negas. quid fecisti ut traderis mihi. quasi mirū  
si esset & si p̄mendus iudici traderetur. quise dice-  
ret regem esse. Si autem hoc n̄ diceret querendum  
ab illo esset quid aliud forte fecisset & unde tradi-  
iudici dignus esset. Respondit ih̄s. Regnum meū  
n̄ est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum  
meū ministri mei deceret ut n̄ traderer iu-  
dici. Nunc aut regnum meum n̄ est hinc. hoc est  
qđ bonus magister scire nos uoluit. sed prius nobis  
demonstranda fuerat uana hominum de regno  
eius opinio. Siue gentium siue iudeorum. a quibus id  
pilatus audierat quæ si propterea fuisse & morte  
plectendus qđ illicitum adfectauerit regnum  
uel qm̄ solent regnaturis inuidere regnantes.  
Poterat autem dñs qđ ait. Regnum meum n̄ est de mun-  
do hoc. Ad primam interrogationem pressidit  
respondere ubi dixit. Tu es rex iudeorum. Sed eū



uicis sim interrogans utrum hoc a se me ipso diceret  
an audiret ab aliis. Illo respondente ostendere  
uoluit hoc sibi apud illum fuisse a iudeis uelut cri  
men obiectum patefaciens nob cogitationes hominum  
quos ipse nouerat qm uanes. qd uero ait. Regnum  
meum n̄ est de hoc mundo. id est in hoc mundo. Audite  
om̄s reges terre. Auenit xps regnum tollere sed  
dere. n̄ minuire sed augere. Regem se n̄ contraxit  
sed carnalit̄ in hoc mundo se regnare n̄ dix. qd est  
enim eius regnum. nisi credentes in eum. quos traxit  
regnum dō patri in fine sc̄li. id est adducet ad dōm  
patrem ut sine fine regnent cum illo. Sed ut hoc  
p̄bare. ut regnum eius de hoc mundo n̄ esset. dicit.  
Sic ex hoc mundo esset regnum meum. ministri mei de  
cestarent ut n̄ traderer iudeis. Non ait. nunc aut  
regnum eū n̄ est hic sed non est tunc. hic est enim  
regnum eius usq; in finem sc̄li. sed in sc̄is suis de quib;  
dix̄ in c̄lio euangl̄o. Regnum d̄i intra uos ē. Nam reg  
num eius. sc̄e eccl̄ie est. Unde & ad mar̄iam uirginem  
angelus ait. & regnabit in domo iacob in sternum  
& regnum eius n̄ erit finis. Sp̄itale regnum quo in sc̄is  
regnat demonstrare uolens. N̄ carnale qd saepe  
impii habent in hoc mundo. De regno quippe suo  
dicit paulo ante. de mundo n̄ estis sed ego uos elegi  
de mundo. Dix̄ ei itaq; pilatus. Ergo rex es tu.  
Respondit ihs. Tu dicis quia rex sum ego. N̄ quia se  
regem timuit confiteri sed tu dicis ait. Sic respon  
dit ut uerum diceret. & sermo eius calumnie n̄  
pateretur. Dicitum est. Tu dicis carnalis. carnalit̄



dicit. Deinde subiungit. Ego in hoc natus sum &  
 ad hoc veni mundum ut testimonium phibeam uerit  
 atis. Non est producenda huius pronominis syllaba quod dicit  
 in hoc natus sum. tanquam dixerit. in hac parata sunt.  
 sed corripienda tanquam dixerit. in hanc se in natus  
 sum. uel ad hoc natus sum sicut ait. ad hoc ueni mundum.  
 In greco namque euanglio nihil est huius locutionis  
 ambiguum. Unde manifestum est eum temporalem  
 naturam suam hic commemorasse qua incarnatus  
 uenit mundum nullam sine initio quod dicit erat  
 quod pat condidit mundum. In hoc ergo se dicit  
 natum. id est propter hoc natum. & ad hoc uenisse mun  
 dum utque nascendo de uirgine ut testimonium ph  
 habeat ueritati. sed quia non omnium est fides. ad hunc  
 ait atque ait. Omnis qui est ex ueritate audit uocem  
 meam. audit utique in interioribus auribus. id est ob audit  
 meae uocem quod tantum ualere & quasi dicitur &  
 credit mihi. Cum itaque christi testimonium phibeat uer  
 itati profecto testimonium phibeat sibi. eius quippe  
 uox est. Ego sum ueritas. hic commendat gratiam.  
 quae uocati sumus. Ait itaque. Omnis qui est ex uer  
 itate audit uocem meam. sed ideo est ex ueritate qui  
 a eius audit uocem. sed ideo audit quia ex uerita  
 te est. id est qui hoc illud donum ex ueritate. com  
 mune est quod quid est. & aliud quam donante christo.  
 credere in christum. Sequitur  
 dicit ei pilatus. quid est ueritas. Nec expectant  
 audire quid responderet ei ihesus quia forte dignus  
 non fuit occidere. Sed cum hoc dixisset iterum exiit



ad iudeos & dixit eis. Nullam inuenio in eo causam  
est autem consuetudo uobis ut unum dimittam uobis in  
pascha. uultis ergo dimittam uobis regem iudeorum  
Credo cum dixisset pilatus quid est ueritas in mentem illi  
uenisse continuo consuetudinem iudeorum quae solebat  
eis dimitti unum in pascha. & uideo non expectauit ut  
responderet ei ihesus quid est ueritas nemora fieret  
cum scoluisset morem quo posset eis per pascha  
dimitti. Haec uero consuetudo dimittendi fortassis  
propter pascha apud iudeos remansit ob memoriam  
liberationis illorum ex egipto quae in pascha libe-  
ratis a seruitute sed omnes audientes clamauerunt  
rursum omnes dicentes. Non hunc sed barrabam. Erat  
autem barrabas latro. Barrabas iste filius eorum  
interpretatur id est diaboli qui magister fuit uel huic  
lectroni in scelere suo uel iudeis in impietate perfide-  
suae. Non yephandymus o iudei quod per pascha libera-  
tis nocentem sed quod occidistis innocentem. Quod  
tamen nisi fieret uerum pascha non fieret sed umbra ue-  
ritatis a iudeis errantibus tenebatur & mirabili  
dispensatione diuinae sapientiae per homines falla-  
ces eiusdem umbrae ueritas implebatur. quae ut uerum  
pascha fieret christus uelut ovis immolabatur. Tunc  
adprehendit pilatus ihesum & flagellauit. Hoc pilatus  
non ob aliud fecisse. Credendum est. nisi ut eius iniuriis  
iudei sociata sufficere sibi existimarent. Quae ad  
eius mortem se uiracae desisterent. Ad hoc periculum  
quo idem praeses cohortem suam promisit facere  
quae secuntur. Et milites placentes coronam de



spinis inposuerunt  
 purpam circumdederunt  
 capiti eius & uestem pur  
 eum & ueniebant ad  
 eum & dicebant. Ave in iudeorum. & dabat  
 daps. Sic implebantur quae de se pdixerat xps  
 sic martyres informabantur ad omnia quae psecutionib;  
 libuisset fecere pferenda. sic paulus p occultata tre  
 mendaq; potentia. Comendabatur prius imitanda pa  
 cientia. sic regnum qd de hoc mundo n erat supbum  
 mundum n atrocitate pugnandi sed paciendi humi  
 litate uincebat. Sed illud granum multipli candum  
 seminabatur horribili contumelia. ut mirabili pul  
 chritate in gloria. Exiit iterum pilatus foras &  
 dicit eis. Ecce adduco eum foras ut cognoscatis quid  
 in eo nulli causam inuenio. Exiit ergo ihs portans  
 spinam coronam & purpureum uestim tum & dicit  
 eis. Ecce homo hic appareat n ignorante pilato. hec  
 a militib; facta. siue iusserit ea siue pmisserit illa  
 scilicet causa quam supra diximus ut hec eius ludi  
 brice inimici libentissime biberent & ulterius  
 sanguinem n sicerent. Egreditur ad eos ihs portans  
 spinam coronam & purpureum uestim tum. n cla  
 rus imperio sed plenus obprobrio & dicitur eis. Ec  
 ce homo. Si regi inuideas. incompaerite quae de ree  
 tum uideas. Flagellatus est spinis coronatus est  
 labriosa ueste amictus est amaris conutis inlusus  
 est alapis cesus e. Fera & ignomina frigescat  
 inuidia sed n frigescit. Inardescit potius & inextin  
 git. Cum enim uidi sent eum pontifices & ministri  
 clamabant dicentes. Crucifige. crucifige;



s Dicit espilatus; Accipite tū uos. & crucifigite. Ego  
s enim n̄ inuenio in eo cau<sup>sa</sup>m. Responder ei iudei;  
c Nos legem habemus. & secundum legem debet mori  
quia filium dei sefecit. Ecce altera maior inuidia.  
parua quippe illa uidebatur uelut affectate inlicito  
ausu regiae potestatis. & tam neutrum sibi ih̄s menda  
citer usurpauit. Sed utrumq; uerum est. & unigeni  
tus ē dei filius. & rex a dō constitutus. sup̄ sion montem  
sc̄m eius. & utrumq; nunc demonstrare. nisi quidto  
erāt potentior tanto malle ēē pacientior; Cum  
s audisset pilatus hoc uerbum magis timuit. & ingre  
s<sup>us</sup> p̄torium iterum. & dicit ad ihm; Unde tu  
s<sup>us</sup> responsū n̄ dedit ei. Hoc silentiū dñi nr̄i ih̄s xpi non  
semel factum. Conlati omnium euangelistarum nar  
r<sup>ationib;</sup> reperitur. & apud principes sacerdotum  
& apud herodem; Tam p̄pter illa quib; noluit respon  
dere. ad hoc dōtē de agno similitudo. ut in suo silentio  
n̄ reus. sed innocens haberetur; Respondit ih̄s;  
s N̄ haberes aduersum me potestatem ullam. nisi tibi  
esse dōtū de sup̄. Propterea qui tradidit me tibi  
s maior peccatū habet. Ecce respondit. & tamen n̄  
s ubiq; respondit. N̄ sicut reus si uedolosus. sed sicut  
agnus. hoc est sicut simplex atq; innocens n̄ appe  
ruit os suum. Proinde ubi n̄ respondebat. sicut  
ouis. Silebat. ubi respondebat. sicut pastor doce  
bat; Dicamus ergo qđ dix̄ qđ & p̄ apostolum docuit.  
quia n̄ ē potestas nisi dō. & quia plus peccat qui  
potestati innocentem occidendum luore tradit.  
quā potestas ipsa sicut cū timore alterius maioris



potestatis occidit; Talem quippe dicit pilato dederat po-  
 testatem ut esset & iam sub cesaris potestate, quae ppter  
 non haberes inquit aduersus me potestatem ullam.  
 potestatem quatenus legem cumque habes. nisi hoc ipsum quicquid  
 est tibi esset datum desuper; Sed quoniam scio quantum sit;  
 Non enim tantum est ut tibi omnimodo liberum sit.  
 propterea qui tradidit me tibi. maius peccatum habet.  
 Quae quippe me. tuae potestati tradidit inuidendo.  
 tu vero eandem potestatem in me exerciturus es.  
 metuendo. Ne cum timido quidem praesertim innocentem.  
 homo hominem debet occidere. Sed cum zelando  
 facere multo magis malum est. quam timendo.  
 Ideo non ait uerax magister. qui me tibi tradidit  
 ipse habet peccatum. tamquam ille non habet. sed  
 ait maius habet peccatum. ut etiam se habere in-  
 tellegeret. Neque enim propterea illud nullam est quia  
 hoc maius est. Exinde querebat pilatus dimittere  
 eum. Quid est hoc quod dictum est. exinde quae antea  
 non querebat. leges superiores & inuenies. ita in dudu meum  
 querebat dimittere illum. Exinde itaque intellegendum  
 est. propter hoc. id est ex hac causa. ne haberes pecca-  
 tum occidendo innocentem sibi traditum. quam  
 minus peccans. quam iudei qui illum ei tradide-  
 rant occidendum. Exinde ergo id est ideo ne hoc pec-  
 catum faceret. Nonnumquam primo. sed ab initio  
 querebat eum dimittere; Iudei autem clamabant  
 dicentes. Si hunc dimittas. non es amicus cesaris.  
 Omnis enim qui regem facit. contradicit cesari. Maior  
 enim timorem se ingerere putauerunt pilato terrendo



dece. scire ut occiderent xpm quem superius ubi di  
xerant Nos legem habemus & secundum legem debet  
mori quia filium dei se fecit. Eorum legem quippe ille  
non timuit ut occideret sed magis filium dei timuit ne  
occideret. Nunc uero non sic potuit contempnere cesar  
rem auctorem potestatis sue quem admodum le  
gem gentis alienae. <sup>euang. ioh. 19. 13.</sup> Dicit adhuc pilatus cum audisset  
hos sermones adduxit foras ihm & sedit pro tribu  
nali in loco qui dicitur lithostratus. Ebraice autem  
gabatha. Erat autem parasceue pasche hora quasi  
sexta. Quae hora sit dominus crucifixus propter euange  
liste alterius testimonium qui dixit. Erat autem  
hora tertia & crucifixerunt eum. quoniam magna discep  
tatio solus ab oriri. cum ad ipsum locum ubi crucifi  
xus narrator uentum fuerit ut potuerimus si  
dominus uoluerit differemus. Cum ergo pro tribunali sederet  
sexta pilatus dicit iudeis. Ecce rex uester. Illi autem  
clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis pi  
latus. Regem uestrum crucifigam. Adhuc ter pro se  
quem de cesare ingererant superare conatus deig  
nomina eorum uolens eos frangere dicenda. Regem  
uestrum crucifigam quos de ignominia christi mitigare  
non potuit. Sed timore mox uincitur. Responderunt  
autem pontifices. Non habemus regem nisi cesar  
rem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeret.  
Optissime quippe contra cesarem uenire uideretur  
si regem se non haberet nisi cesarem profiteretur  
alium regem uelle intellegere dimittendo impu  
nitum quem propter hos ausus ei tradiderant occi



208

dendum. tradidit ergo illum eis. ut crucifigeretur.  
sed numquid aliud & antecupiebat cum dicebat.  
Accipite eum vos & crucifigite. uel & iam superius.  
Accipite eum vos & secundum legem ues tram iudi  
cate eum. Cur autem illi tant<sup>o</sup> tempore noluerunt.  
dicentes nobis. non licet interficere quemquam.  
& omnimodo instantes. ut non ab eis sed a preside  
occideretur. & ideo eum occidendum. accipere  
recusantes. sinunc eum accipiunt occidendum.  
aut si hoc non sit. Cur die tunc est. tunc ergo  
tradidit eis illum ut crucifigeretur. An aliquid  
interest. plane. interest. non est dictum. Tunc  
ergo tradidit eis illum ut crucifigerentur. sed ut  
crucifigeretur. Sed ideo illis traditum dixit.  
euangelista. ut eos crimine implicatos. a quo alieni  
esse conabantur. ostenderet. non enim pilatus  
hoc faceret. nisi ut id quod eos cupere cernebat  
impleret. unde & sequitur. susceperunt autem  
ihm & duxerunt. potest ad milites iam referri.  
apparitores presidis. Nam postea. euidentius  
dicitur. milites ergo. cum crucifixis sententiis quam  
uis euangelista & iam sitotum. iudaeis tribuit.  
merito facit. ipsi enim susceperunt. quod audis  
sime flagitauerunt. & ipsi fecerunt. quicquid  
ut fieret. & torserunt. iudicante atque dante  
pilato pro tribunali dnm ihm xpm. hora quasi  
sexta susceperunt eum. & duxerunt. & baiolans  
sibi crucem. exiit in eum locum. quid dicitur cal  
uariae locus. ebraicae golgotha. ubi eum



crucifixerunt. Quid est quod marcus euangelista ait.  
Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum. Nisi quia  
hora tertia crucifixus est. dñs linguis iudaeorum.  
hora sexta manibus militum. ut intellegamus horam  
quintam iam fuisse transactam. et aliquid de sexta  
coeptum quando redit pro tribunal pilatus. quae  
dicta est. quia si sexta. & cū duce retur ut in ligno.  
cū duobus latronibus configeretur. <sup>: quae sexta narrat. d.</sup> & iuxta crucem  
eius gererentur. hora sexta integra compleretur.  
& quae hora usque ad nonam sole obscurato. tenebras  
factas. Trium euangelistarum. mathei. marci. & lu  
cae. contestatur auctoritas. Sed quoniam iudaei facinus  
interfecti xpi a se in romanos. Id est pilatum. & eius  
milites transferre conati sunt. Propterea marcus  
suppressa ex hora. quae xps a militibus crucifixus est.  
quae a sexta iam ceperat. tertiam potius horam  
recordatus & pressit. quae hora intelleguntur.  
apud pilatum clamare potuisse. Crucifige. crucifige.  
ut non illi tantum reperiantur. crucifixi se ihm.  
Id est milites qui eum ligno sexta hora suspenderunt.  
uerum & iam iudaei qui ut crucifigeretur. tertio cla  
mauerunt. baidan sergo sibi crucem. Exiit in eum  
quid dicitur caluarii locum. haebraicae autem gol  
gotha. ubi eum crucifixerunt. & cū eos duos. hinc & hinc  
mediū aut ihm. Isti duo latrones. erant sicut aliorum.  
euangelistarum narratione didicimus. cū quibus cruce  
fixus est. & inter quos crucifixus est xps. de quo pre  
missa dixerat prophetia. & inter iniquos deputa  
tus est. Scripsit autem & titulum pilatus. & posuit super cruce.



erat autem scriptum; Ihs nazarenus rex iudaeorum.  
 hunc ergo titulum multilegerunt iudaeorū. quia  
 prope ciuitatem erat locus. ubi est crucifixus ihs.  
 et erat scriptum hebraice. grece. & latine. rex iudae  
 orum; haec quippe tres linguae. Ibi praeteris emi  
 nebant; haebrea propter iudaeos in lege glori  
 antes; Graea propter gentium sapientes; Latina  
 propter romanos. multis ac pene omnibus iam tunc  
 gentibus imperantes. Dicebant ergo pilato pon  
 tifici iudaeorum. nolis scribere rex iudaeorum.  
 sed quia dixit ipse rex sum iudaeorum. Respondit pila  
 tus; quod scripsi. scripsi. O ineffabilem uim diuinae  
 operationis; in cordibus ignorantum; Nonne occul  
 tauox. quaedam pilato intus quodam sidie ipse est cla  
 more silentio personabat; quod tanto ante. in psal  
 morum litteris prophetatum est. Ne corrumpas  
 tituli inscriptionem; Nūquidem propterea non  
 erit uerū. quia ihs ait rex sum iudaeorum; sic  
 rumpi non potest quod pilatus scripsit; corrip  
 potest quod ueritas dixit. sed iudeorū tantū rex est  
 xps. An & gentium. immo & gentium; Cū enim  
 dixisset in propheta. Ego autem constitutus sum  
 rex abeo. super sion montem scē meus praedicans  
 praeceptum dñi. Ne propter sion montem solis  
 iudaeis eum regem diceret & constitutum. Continuo  
 subiecit; Dñs. dixit ad me filius meus es tu. ego ho  
 die genuite. Postola ame. & dabo tibi gentes.  
 & cetera. Cur ergo magnū uolumus intelligi in  
 hoc titulo sacramentū. in quo scriptum erat.



rex iudaeorum. sicut est xps & gentium; quia scilicet  
oleaster factus est particeps. pinguedinis oliuae,  
non olea particeps facta amaritudinis oleastri.  
Nam in eo quod de xpo ueraciter scriptus est titulus.  
rex iudaeorum; qui sunt intellegendi iudaei. nisi semen  
abrahae. filii re promissionis. qui sunt & iam filii di.  
qm non qui filii carnis; ait apostolus; filii di. sed qui  
filii promissionis. deputantur in semine. & gentes  
erant. quibus dicebat; si aut uos xpi. Ergo abrahae  
semen estis. secundum promissionem heredes. Rex  
ergo iudaeorum xps. sed iudaeorum circuncisione  
cordis spu non littera. quorum laus. non & hominibus;  
sed & deo est. Per tinenti uero ad hierusalem liberam  
matrem nrām aeter nā in caelis. sarrā spiritalem  
ancillam & filios eius de domo libertatis eicientem.  
Ideo enim pilatus quod scripsit scripsit. quia dñs  
quod dixit dixit.

**M**ilites ergo cum crucifixis sent eum. acceperunt  
uestimenta eius & fecerunt quatuor partes  
unicuique militi. partē & tunicam; unde appu  
re & quatuor fuisse milites. qui in eo crucifigendo  
praesidi paruenerunt; manifeste quippe ait. mili  
tes ergo cum crucifixis sent eum acceperunt uestimen  
ta sua & fecerunt quatuor partes. unicuique mili  
ti. partem & tunicā subaudiendum est. acceperunt  
ut iste sit sensus; acceperunt uestimenta eius & fe  
cerunt quatuor partes. unicuique militi partē.  
acceperunt & tunicā; & sic locutus est. ut de ceteris  
uestimentis. missam eē uideamus nullam sortem.



sed de tunica qua simul cum ceteris acceperunt sed  
 non similiter diuiserunt. De hac enim sequitur.  
 & ponens; erat autem tunica inconsuta lis. desuper contexta  
 per totum. Cur autem de illa sorte remiserunt.  
 narrans. Dixerunt ergo ad inuicem. inquit. Non  
 seinda mus eam sed sortiamur. de illa cuius sit. appa  
 ret itaque in aliis uestibus. aequales eos habuisse  
 partes. ut sortiri necesse non fuerit. In illa uero  
 unum non eis habere potuisse singulae partes.  
 quaerat forte aliquis. quid significet in tot partes  
 uestimentorum. facta diuisio. & de tunica illa  
 sortio <sup>+</sup> qua dripta uestis domini nri ihu xpi qua  
 driperit tam eius figurauit. ecclesiam. Totoscili  
 ce que quat tuor partibus constat terrarum  
 orbe diffusam. & omnibus eisdem. partibus aequa  
 liter. id est concorditer distributa. propter quod  
 alibi dicitur. missurum se angelos suos ut colligant  
 electos suos. a quat tuor uentis. quod quidem nisi  
 a quat tuor partibus mundi. oriente. occidente.  
 a quilone & meridie. Tunica uero illa sortita  
 omnium partium. significat unitatem. que cari  
 tatis uinculo contineatur. De caritate autem locutu  
 rus apostolus. super eminentiorem. inquit uiam  
 demonstro. & alio loco ait. Cognoscere etiam  
 super eminentem scientiae caritatem. quae est. uin  
 culum perfectionis. Si ergo caritas & supereminen  
 tior habet uiam. & super eminentem scientiae  
 & super omnia praepa est. merito uestis. quae signifi  
 catur. desuper contexta perhibetur. inconsuta lis.



autem. ne aliquando dissuatur. ad unū puenit.  
quia in unū om̄s colligit. sicut in apostolis. cū esset  
& iam ipse numerus duo denarius. id est quadriper-  
titus inter nos. & omnes essent. Interrogatus solus  
petrus. Respondit. tu es xp̄s filius diuini. & dicitur.  
tibi dabo clauēs regnī caelorum. tāquam  
ligandi & soluendi solus acciperit potestatem.  
cū & illud. unus pro omnib; dixerit. hoc cū omnibus.  
tāquā personā gerens. ipsius unitatis. Ideo unus  
pro omnib; quia unitas est in omnib; unde & hic cū  
dixisset. de sup̄ com̄ta addidit p̄ totum. quod si fe-  
ramus. ad id quod significat. nemo eius est ex pers.  
qui p̄tinere in ueniat ad totum. a quo toto. sicut  
greca indicat lingua catholica uocatur ecclesia.  
in sorte autem. quid nisi di-gratia. Commendata  
est sic quippe in uno. ad om̄s puenit cū sorte omnibus  
placuit. quia & di-gratia in unitate ad om̄s puenit.  
& cum sorte mit titur non p̄sone. cuiusque uel meri-  
tis. sed occulto diu iudicio ceditur. nec ideo ista. non  
aliquid boni significasse. quis dixerit. quia p̄ mu-  
los facta sunt. non scilicet per eos. qui xp̄m secuti. sed  
qui sunt p̄secuti. quidem inde ipsa cruce dicitur sumus.  
qua ecer te similiter ab inimicis atque impiis xp̄o  
facta & in pacta est. & tamen ea significari. recte in-  
telligitur. quod ait apostolus. quae sit latitudo  
& longitudo. altitudo & profundum. lata est quip-  
pe intrans uer soligno quo extenduntur pendens  
manus. & significat opera bona in latitudine cari-  
tatis. Longa est atrans uer soligno usque ad terra



ubi dorsum & pedes figuntur. & significat per seueran-  
 tiam. in longitudine temporis. usque ad finem alta est.  
 in acumine quod a trans ligno. sursum rursus  
 extenditur. & significat supernum finem quo cuncta  
 opera referuntur. quoniam cuncta quae latitudine  
 & longitudine bene ac perseueranter fiunt. prop-  
 ter altitudinem diuinorum. facienda sunt premium.  
 profunda est in ea parte qua in terra figitur. ibi  
 quippe occulta est nec uideri potest. sed cuncta  
 eius apparentia & eminentia inde consurgunt.  
 sicut bona nostra de profunditate gratiae dei. quae  
 prehendi ac iudicari non potest. uniuersa pro-  
 cedunt. sed & sic crux christi. hoc solum significat. quod  
 ait apostolus. quia aut sunt in christi. carne sua crucifixe-  
 runt. cum passionibus & concupiscentiis. quam magnam  
 bonum est. ne tamen hoc facit nisi concupiscens ad-  
 uersus carnem. spiritus bonus cum illa crucem christi fece-  
 rint. inimicus id est spiritus malus. postremo quid est  
 quod omnes noluerunt signum crucis. nisi crux christi.  
 quod signum. nisi adhibetur siue frontibus. credendum.  
 siue ipsi aquae sequae regenerantur. siue oleo. quo scrip-  
 tate unguuntur. siue sacrificio quo aluntur. nihil  
 eorum rite perficitur. quomodo ergo per id quod mu-  
 lificiunt nihil boni significatur. quando operucem  
 christi quam fecerant mali in celebratione sacramento-  
 rum eius bonum nobis omne signatur.

[Crucifixo domino postea quam diuisio uestimentorum eius.  
 & iam missa sorte completa est. quae deinde narra-  
 tio eugenia. uideamus. et milites quidem haec fecerunt.



stabant aut iuxta crucem ihu mater eius. & soror  
matris eius. maria cleophae. & maria magdalene.  
Cū uidisset ergo ihu matrem eius & discipulū stantem  
quem diligebat. dicit matri suae. mulier. en filius  
tuus. Deinde dicit discipulo. ecce mater tue. Et  
illā hora. accepit eam discipulus in suam. haec enim  
mirum est illā hora. de qua ihu aquā conuersurus  
in uinum. dixerat matri. quid mihi & tibi est mulier.  
nondū uenit hora mea. hanc itaque horā praedixe  
rat que tunc nondū uenerat. in qua deberet agnos  
ci a matre mortuus. de qua fuerat mortaliter  
natus. Tunc ergo diuina facturus. nondiuitia  
tis sed infirmitatis. matrē uelut incognitā. resel  
lebat. Nunc aut humana iam patiens & quasue  
rat factus homo. affectu commendabat humano.  
Tunc enim qui mariā creauerat. innotescere uir  
tute. Nunc uero quem maria peperat. pendebat  
in cruce. mortalis igitur insinuatur ita facit.  
quod faciendū ammonet. & exemplo suo. suos instru  
xit praeceptor bonus. ut a filius pius. impendatur  
cura parentibus. Tāquā lignū illud ubi erant fixa  
membra morientis. & iā cathedra fuerit magis  
tridocentis. & illā hora. accepit eam discipulus  
in suam. De se medipso dicens. sic quippe commemo  
rare se solent. quod eū diligebat ihu. qui utique omni  
sed ipsum praeteris. & familiarius diligebat. ita  
ut in conuiuio. suppectus suū discumbere faceret.  
Credo ut istius euangelii quod per eum fuerat pre  
dicaturus. diuinā & excellentiā. hoc modo altius



commendare; Postea sciens ihs quia omnia con  
 summata sunt. ut consumaretur scriptura. dicit  
 sitio. Vase ergo positu erat aceto plenum. Illi aut  
 spongiam plenam aceto. hysopo circumponentes.  
 obtulerunt orietus. Cui ergo accepit se ihs  
 acetum. Dixit. consumatum est. & inclinato capite.  
 tradidit spm; quis potest quae facit ita disponere.  
 quomodo disposuit homo iste. qui passus est. sed ho  
 mo mediator di & hominu. homo de quo predictu  
 legitur. & homo est. & quis agnosce eum. qm omnes  
 p quos haec fiebant. videbant hominem. sed non cog  
 noscebant dm; homo naq; apparebat. quid r la  
 tebat. patiebatur haec omnia qui apparebat. &  
 idem ipse disponebat haec omnia qui latebat. vidit  
 ergo qm consumata sunt omnia que oportebant  
 ut fierent. antequam acciperet acetu & traderet  
 spm. atq; ut hoc & ia consumaretur. edat. & in  
 sitimela potauerunt me aceto. sitio inquit. ta qua  
 hoc diceret. hoc minus fecistis. date. quod estis. iudei  
 quippe. ipsierant acetu. degenerantes a iuno  
 patriarcharu & prophetaru. taquam de pleno  
 vase. de iniquitate mundi huius impleti cor ha  
 bentes uelut spongia caernosis quodammodo.  
 atque tortuosis latibulis fraudulentu. hysopu  
 cui circumposuerunt spongiam acetoplena. qm  
 herba est humilis. & pectus purgat. ipsius xpi hu  
 militatem. Concruenter accipimus qua circum  
 dederunt & se circumuenisse putauerunt. unde  
 illud in psalmo. Asparges me hysopo & mundabor.



Xp̄inamque humilitate mundamur. quia nisi humili  
liasset se ipse. factus oboediens patri usque  
ad mortem crucis. utique sanguis eius in peccatorū  
remissionem. hoc est in nr̄am mundationē non fuisse  
effusus; nec moueat. quomodo spongia. orietus. po  
tuerunt ad mouere. qui in cruce fuerat exaltatus  
a terra; sicut enī apud alias euangelistas legitur.  
quod hic pretermisit; in arundine est factum. ut  
in spongia talis potus. ad crucis sublimia leuare  
tur; Per hanc arundinē uero. scriptura significatur.  
quae implebitur hoc facto. sicut enim lingua dici  
tur. uel greca. uel latina. uel alia quaelibet. sonū  
significans qui lingua promittitur. sic arundō dici  
potest. littera quae hanc arundinē scribitur. sed signi  
ficantius. sonos uocis humanae. usitatissime. dici  
mus linguas; Scriptura uero hanc arundinē dici. quo  
minus est uisitata. eo magis est mystice figuratum;  
Cū ergo accepisset ihs acetum. dixit. consummatū est.  
Quid. nisi quod prophetica. paulo ante predixerat.  
Deinde quia nihil remanserat. quod ante quā mori  
retur fieri adhuc oportebat; tāquam ille qui potes  
tatem habebat ponendi animam & iterū sumendū.  
Per haec omnia; quae ut pegerentur. expectabat.  
Inclinato capite tradidit sp̄m; quis ita dormit  
quando uoluerit. sicut ihs mortuus est quando  
uoluit. quis ita uestem deponit quando uoluit.  
quis ita cū uoluerit obit. quomodo obit. quan  
ta speranda uel timenda potestas est. iudicantis.  
si apparuit tanto morientis.



Postea quā dñs ihs per actis omnibus quae antea  
 mor tem peragi oportere praesciebat. quando  
 uoluit tradidit spm̄. quae deinde secuta sunt. euan  
 gelista narrante. uideamus. iudaei ergo in quid  
 q̄ parasceue erat. ut non remaneret in cruce  
 corpora. sabbato erat enim magnus dies sabbati  
 ti. roguerunt pilatū. ut frangerentur eorū crura  
 & tollerentur. non crura tollerentur. sed hi quibus  
 ideo frangebantur ut morerentur. & auferentur  
 & ligno. ne pen dentes in cruce<sup>b</sup> magnū diem festum.  
 suū diutur in cruciatu horrore sedarent. uene  
 runt ergo milites. & primi quidem fregerunt  
 crura. & alterius qui crucifixus est cū eo. Ad ihm  
 aut cū uenissent ut uidi. sent eū iam mortuum.  
 non fregerunt eius crura. sed unus militū. lancea  
 latus eius aperuit. & continuo exiit  
 sanguis & aqua. uigilante uerbo. euangelista  
 usus est. non ut diceret. latus eius percussit aut uul  
 nerat. aut quid aliud. sed aperuit. ut illic. quod  
 ammodo uitae ostium panderetur. unde sacramen  
 ta ecclesiae manauerunt. sine quib; ad uitā. quae  
 uera uita est non intratur. ille sanguis in remis  
 sionem fusus est peccatorum. aqua illa. salutarē  
 temperat poculum. haec & lauacrum. praefixat & po  
 tum. hoc praenuntiabat. quod noe. in latere arcae  
 ostiū facere iussus est. qui intrarent animalia quae  
 non erant diluuiū peritura. quib; praefiguratetur  
 ecclesia. propter hoc prima mulier facta est de u  
 ni latere dormientis. & appellata est uita maris.



uiuorum. magnū quippe significauit bonū. Ante  
praeuaricationis. malū in habitu iacen  
tis ac dormientis. & hic secundus adam. Inclinato  
capite in cruce dormiuit. ut inde for maretur  
ei conuix quae de lactere dormientis defluxit.  
O mors. unde mors tui reuiuescunt. facta enim sunt  
haec inquit. ut scriptura impleretur. Os non com  
minuetis. & eo. & iterum alia scriptura dicit. Vide  
runt in quem conpūxerunt. duo testimonia.  
Descripturis reddidit singulis rebus. quas factas  
narrauit. Nā qui u dixerat. Ad ihm autē cū uenis  
sent. non fregerunt eius crura. Ad hoc pertinē  
testimonium. Os non comminuetis & eo. quod prae  
ceptum est eis. qui celebrare pascha ius si sunt. Ouis  
immolatione ueteri lege. quae dominicae passio  
nis umbra precesse. Vnde pascha nrm immo  
latus est xps. De qua & isaias propheta predixerat.  
Sicut ovis ad immolandum ductus est. Item qui sub  
iunxerat. dicens. Sed unus militum lancea latus  
eius aperuit. Ad hoc pertinē alterū testimonium.  
Videbunt in quem conpūxerunt. ubi promissus  
est xps. in ea qua crucifixus est carne uenturus.  
Post haec autē rogauit pilatū. ioseph ab arimathia  
eo quod eē discipulus ihu. ut tolleret corpus ihu.  
& permisit pilatus. Venit ergo & tulit corpus ihu.  
uenit autē & nicodemus. qui uenerat ad ihm. nocte  
primum. ferens mixturā myrrae. & aloes. quae sili  
beras centum. Non ita distinguendū est. ut dicamus  
primum. ferens mixturā myrrae. sed hoc quod dictū est







ut aut secum quererent . aut secū dolerent . oblatū  
dñm que dñm nominare non metuit . dū cor pusilli  
us tantum modo quereret in sepulchro . Exit  
ergo petrus . & ille alius discipulus . & uenerunt  
ad monumentum . Currebant aut duos simul . & ille  
alius discipulus praecucurrit citius petro . & uenit  
primus ad monumentum . A uerenda hic & com  
mendanda recapitulatio . quomodo reditū est . ad id  
quod fuerat pretermisum . & tāquam si hoc se  
queretur . adiunctū est . Cū enim iam dixisset .  
Venerunt ad monumentum . regressus est ut nar  
rare & quomodo uenerint . atque ait . currebant  
aut duos simul . & cetera . ubi ostendit quod precu  
rens ad monumentū prior uenerit . Ille alius disci  
pulus que se ipsum significat . sed tāquam de alio  
more scā scripturae cuncta narrent . & cū se in  
clinasset inquit . uidit posita linteamina . nota  
men introit . quod ueromaria magdalenę uenit  
ad monumentū . cū adhuc tenebre essent iuxta  
hystoricum notatur hora . Juxta intellectū uero  
mysticum . requirentis . signatur intelligentia .  
maria enim auctorem omnium quem carne uide  
rat mortuum querebant in monumento . & quia  
minime inuenit furatū . credidit . Adhuc ergo erat  
tenebre . cū uenit ad monumentū . Cucurrit citius  
discipulis nuntiavit . sed illis praeceteris cucurre  
runt qui praeceteris amauerunt . Videlicet  
petrus & iohannes . Currebant aut duo simul .  
sed iohannes praecucurrit . citius petro . Venit



prias ad monumentū & ingredi non praesūpsit .  
 uenit uero posterior petrus & intrauit . Iste uero  
 cur sus duorū discipulorū . magnū habet mysterium .  
 quidem piō hānne qui prior uenit ad monumentū  
 & non intrauit . nisi sinu zoga significatur . Quid per  
 petrum . nisi ecclesiu & gentib; congregata . demonst  
 ratur que postorius uocata . & prior intrauit .  
 Cucurrerunt enim pariter gentilitas & sinu zoga  
 per huius sc̄i . successiones . sed non pari . intellegentia  
 ueniebant . Venit sinu zoga prior ad monumentū .  
 sed minime intrauit . quia legis quaedam mandata  
 percipit propheticus . de incarnatione ac passione  
 dominica audiuit . sed credere in mortuum noluit .  
 uidit enim iō hānnes posita linteamina . non tamen  
 intrauit . quia uidelicet sinu zoga & scripturae  
 sacrae sacramenta cognouit . & tamen ad fidem pas  
 sionis dominicae . credendo intra re distulit . quem  
 diu longeque prophetauit . presentē uidit . & renuit  
 hominem eē . dispexit dñm carne mortalem factum  
 credere noluit . Quid ergo est nisi quia & citius cucur  
 rit . & tamen ante monumentū uacua stetit . Venit  
 aut simon petrus subsequens eum & intrauit in mo  
 numentum . quia sicut a posterior ecclesia gentium .  
 media torem di & hominum . hominē xp̄m ihm . & cog  
 nouit carne mortuum . & uiuentē credidit dñm . SEQVI .  
 Uidit linteamina posita & sudarium . quod fuerat  
 super caput eius . non cū linteaminibus positum . sed  
 separatum in uolutum in unum locum . quid est  
 quod sudarium capitis dñi . cū linteaminib; n̄ inuentur .



in monumento. nisi quia ad testante paulo. Capud xpi  
ds est. & diuinitatis inconprehensibilia sacramenta  
ab infirmitatis nrae cognitione disiuncta sunt eiusq;  
potentia creaturae. transcendit naturam. & notandum  
quod non solum separatim. sed & iam in uolutu. inuenire  
dicitur. Lintheum quippe qui in uoluitur. nec in ter  
um nec finis aspicitur. Recte ergo sudarium. captis  
in uolutum inuentum est. quia celsitudo diuinitatis.  
nec cepit ee nec desinit. Bene autem additur in unum  
locum. quia in seis sacramentum. ds non est. ds  
quippe in unitate est. & illius habere gratiam meren  
tur. qui se ab inuicem per sectarum scandalum non di  
uidunt. potest quoque sudarium. passio xpi dnm  
designari. cuius passionis sacramenta. infidelibus sunt  
in uoluta. quia que uidebant carnem mortalem dm  
ee in mortalem non credebant. sudarium ergo quod  
sup caput eius fuerat seorsum inuenitur. quia ipsa  
passio redemptoris nri longe antea passione disiuunc  
ta est. qm ipse sine culpa pecculit. quod nos culpa tole  
ramus.

SEQUITUR.

Tunc ergo introiit. & ille discipulus qui uenerat pri  
or ad monumentum. postquam intrauit petrus ingres  
sus est. iohannes posterior intrauit qui prior uene  
rat. Notum est quod in fine mundi ad redemptoris fidem.  
& iam iudeu colligitur. paulo ad testante qui ait.  
donec plenitudo gentium intraret. & sic omnes isrl  
saluus fieret. & uidit & credidit. Quid ergo uidit  
& quid credidit. uidit lintheum in aposita. & credi  
dit. quod mulier dixerat. de monumento dnm fuisse







corpus ihu. quid est quod in loco dominici corporis  
duo angeli uidentur. unus ad caput. atque alius ad  
pedes sedens. nisi quod Latina lingua. Angelus nun-  
tius dicitur. & ille & passionis sua nuntiandus erat.  
qui & dicitur ante facta. & homo in fine saeculorum. quasi  
ad caput sedit angelus. cū p̄ aptos predicator. quia  
in principio erat uerbum & uerbum erat apud d̄m  
& dicitur uerbum. & quasi ad pedes sedit angelus.  
cū dicitur. & uerbum caro factum est. & habitabit in  
nobis. Possumus & iam & duos angelos. duos tes-  
tamenta cognoscere. unū prius & aliud sequens.  
qui uidelicet angelus per locū dominici corporis sibi  
med ipsi sunt coniuncti. quia nimirū utraque tes-  
tamenta. dū per isensum in carnatum & mortuū  
ac resurrexisset d̄m. nuntiant quae sit testamentū.  
prius ad caput. & testamentū posterius. ad pedes  
sedit. Requiritur marīa angelidicentes. Mulier  
quid ploras? dicit eis. qui uiderunt d̄m meo  
